


C. castis lichte richte
Hoc lichte? impura more lichte


100 p.
C.


F


G. o. 94.































SCHOLÆ

BRUNSVIGENSIS AD

DIVVM MARTINVM ADMINI-

stratio Rectore Andrea Pouchenio Gardelebenſi.

ET

CONSTRUCTIO FIGV-

rata, ad imitationem Thomæ Linacri,


compendio comprehenſa,

ad uſum Secundæ claſſis in

ludo Martiniano.

φιλήμων

*ἄδον οὐδὲν, οὐδὲ μουσικώτερον
εἰς δύναθαι λοιδορούμενον φέρει
ὁ λοιδορῶν γὰρ, ἄνδ' λοιδορούμενος
μὴ προσωπίται, λοιδορεῖται ὁ λοιδορῶνος*



ANNO.

M. D. LXXII.

*Joan: Dussel.
suo Samioy
Voff*

*Joanni Dussel-dorpio amico
suo p̄chewo ad contrada
a Sennelitz Brunsvigens*

ΕΠΙΓΡΑΜΜΑ Μ Α.

πάντα μὲν ἐκτελέσαι δάματα σπουδῆ μελέητε
λῶσον δ', ἢν ὁ θεὸς πισὸς ἄρω γόσ' ἔη.
Τοῦ γὰρ ἄνευ κενεόντε πόνοσ κ' ἀνωφελέσ' ἰδρῶσ
ἔργα δὲ συμπονέωμ ἐστέλω ἐσθλὸν ἄγα.

AMPLISSI

MIS AC ORNATISSI
MIS VIRIS, ERVDITIONE PRV-
dentia, pietate & uirtute præstantissi-
mis, Gerharo Paulo Camerario,
Gerlaco Kalen, M. Bartholdo La-
phardo & Andrea Fabricio, lu-
di literarij ad S. Martinum
curatoribus, Domi-
nis suis obser-
uandis.
S. P.



ERMAGNI
interest, uiri amplis-
simi, cum docentiu-
um tum discientium
adeoq; totius urbis,
Scholasticæ nostræ
administrationis ra-
tionem omnibus
manifestam & publice notam esse.
Haud enim uos fugit, a parentibus hoc
potissimum animo & consilio pueris
A ij lem

lem & teneram iuuentutem nostræ in-
stitutioni & fidei comitti, ut eam ab in-
eunte statim ætate uera Dei agnitione,
liberalium artiũ præceptis, quas Crœ-
sus apud Xenophontem in de Cyri
educatione lib. 7. *πικρὰς τῶν καλῶν*
grauissime appellat, imbuamus ac ad
uirtutem uitamq; laudabiliter & hone-
ste agendam, instituamus. Hæc cum
sint ardua & quidem tanta, ut his cum
Ecclesiæ, tum Reipub. ac totius com-
munitatis humana salus contineatur,
fas & æquum est de nostra indicatione
publice constare, quomodo hanc infor-
mandæ puericiæ prouinciã admini-
stremus. Vobis autem, quibus nomi-
natim de sententia prudentissimi Sena-
tus hoc munus delegatum est, ut pro-
mouendæ rei Scholasticæ iuuandæq;
institutionis nostræ cura afficiamini, in-
primis conuenit, cõpertissimum esse,
qua ratione & fide in excolendæ tene-
ræ ætatis munere uersetur. Ita enim
dubium mihi non est, quin sitis, pro
eo atq; hætenus sedulo semper studiis
sitis, in reliquum quoq; omnia summa
uolun-

uoluntate ac cupide faciunt, quæ ex
usu Scholæ nostræ futura sint. Et hæc
uel sola me primum mouit ratio, qua
re nostrarum occupationum & opera
rum, quibus quotidie distinemur, ur
gemur, premimur & amplificandæ pu
blicæ utilitatis causa uarie excruciamur
tenuem hanc descriptionem suscipere.
Vbi uero semel huc animum applicui,
non defuerunt plures causæ, priore, quæ
exposuimus, nihilo leuiore. Cum
enim parentes suis liberis, quos nobis
erudiendos tradunt, nihil habeant an
tiquius, nihil charius, nihil preciosius,
nec ulla res ijs tam sit uoluptati & de
lectationi, quam si uideant suos uirtu
tis & eruditionis præclaram spem os
tendere, ac ad honestatem & dignita
tem quandam conniti, iniuriam me
hercule fuerit, ipsos celare quo pacto
talem expectationem de suis possint
concipere, quosue capiamus ea de cau
sa labores, ne liberi quondam paren
tum spem fallant. Ac licet non pauci
fortassis sint, quibus non sit salus & e
ducatio liberorum tantæ sollicitudini,
quibus

quibus talium rerum cura parum afficitur, ac plane ex eorum numero, quibus, si uetusta lege Attica agendum sit, liberi ob sui intermissam educationem, senio confectis ne quidem *θεραπευτικὰ ἀποδύουσι*, teneantur: tamen ipsi, qui alio sunt erga suos animo, hæc commemoratio nostra non iniucunda esse potest. Hi ergo uidebunt quomodo puerilem ætatem inde a tenuissimis & humilimis eruditionis elementis sensim & pedetentim ad digniores artium & rerum disciplinas iuxta ingeniorum uires ducamus, donec tandem ad culmen & summum eruditionis fastigium penetrare possit. Perspicient hinc non secus ac domi a parentibus sedulis infantium puerorum lingua & membra formantur, ita rerum piarum & utilium cognitione a nobis mentes imbui, mores fingi ac studiose formari, ut aut generi suo singulari cuidam sint decori, aut si obscuriori atque humiliori loco nati sint, uirtute suis maioribus præluceant ac memoriam nominis ipsi concilient, quæ medijsfidijs demum uera est nobilitas

tas. Et huc pertinet omne nostrum studium, ut uirtutum & eruditionis fundamenta statim a primis annis recte in puerilibus animis rite expoliendis, pietatis elementis instillandis, fideliter & præclare iaciantur, ut indies altius hæc omnia mentes occupent & in natura, cum ætate simul confirmata, radices altissime agant. Nec enim alio spectat quod assidui coloni more, mores componimus, uicia corrigimus, deformitatem & quicquid uitæ aliquam labem aut maculam aspersurum uideatur, tollimus, quam quod nil optemus magis quam quemlibet nostrorum discipulorum in suæ familiæ gloriam & laudem, publicosque usus communis ciuilis adulescere. Cum præterea uaria sit nostræ prouinciæ utilitas, & multa hinc ad omnes ciuilis societatis ordines proficiscantur commoda, mirifice hinc nostram functionem cordatis & rem secum recta uia reputantibus commendatum, ac ab eo contemptu, in quem iudiciorum uanitate per quorundam inscitiam ac ruditatem adducta est, uindicatum

dicatum iri certa me spes habet. Quid enim passim hoc Scholastico munere spreteius? quid uanuis? quid abiectius uulgi iudicio? quod ut stoliditas ingeniorum solet, uel tritici grano AEsopici galli ritu, permutaret, cum tamen dignitate, siq; spectes utilitatem & necessitatem, cum quouis certare possit, nec ceteræ partes consociationis politicae saluæ esse suumq; splendorem & decus sine hac literaria institutione tueri queant. Alias enim ita fere omnes de Scholis opinantur, in ijs iuuentutem corrumpi, mollicie solui, segniciaæ assue fieri ac ad res omnes præclaras obeundas prorsus inutilem reddi, qua insimulatione & crimine & Anthiochus, literarum studia & Scholas suo tempore non tantum in summum adduxit odium, sed prorsus in sui regni finibus sustulit, omnibus inde electis literarum professoribus, ut Athenæus lib. 12. de cænis sapientium memoria prodit. Inde igitur literas ipsius ad Phanium præfectum super ea re datas, describemus.

Βασίλειος

Βασιλεύς Αντίοχος Φανία

Εγράψαμεν ὑμῖν ἢ πρότερον ὅπως μηδεὶς
ἢ φιλόσοφος ἐν τῇ πόλει μηδ' ἐν τῇ χώρᾳ
πωθανόμεθα δὲ οὐκ ὀλίγους εἶναι ἡρώ τῶν
νέουσι λυμαίνεσθαι δ' αὖ τὸ μηδὲν πεποικέναι
ὑμᾶς ὡς ἐγράψαμεν πρότερον. Ὡς ἂν οὖν
λάβῃς τῆν ἐπιστολῶν σου ταξομ κήρυγμα ποιῆ
σασθαι ὅπως οἱ μὲν φιλόσοφοι πάντες ἀπαλη
λάσσωνται ἐκ τῶν τόπων ἡδὲ τῶν δὲ νεανίσκων
ὅσοι ἐσὼν ἀλίσκωνται πρὸς τούτοις γινόμενοι
διότι κρημνίσονται ἢ οἱ πατέρες αὐτῶν ἐν αἰ
τίαις ἔσονται ταῖς μεγίσταις καὶ μὴ ἄλλως
γένηται.

Quod ita transtulimus.

Antiochus Rex Phaniæ suo. Sal.

Iam pridem uobis scripsimus, ne quem
philosophum, uel in urbe uel regione
nostra ferretis. Affertur autem ad nos
nihilominus plurimos ibi uersari, eo
quod in expellendis ijs, quæ mandauis
mus, non executi estis, quare iuuen
tus ob uestram negligentiam corrup
pitur. Quapropter simul atq; tibi hæ
literæ

literæ traditæ fuerint, præconis uoce
publice edictum proclamandum cura-
bis, ut e uestigio omnes philosophi ex
finibus nostris emigrent. Comprehen-
di autem & ilico in crucem agi iubebis
quoscunq; ex iuuenibus apud eos dis-
scendi causa uersari comperies, patres
uero eorum grauissimis & exequitissi-
mis pœnis afficies. Nec aliter fieri
uolo. Hæc ille. Talia male natorum
de literarum & artium studijs iudicia
esse necesse est. Qui uero rem candi-
de & recte æstimare uolet, multo aliter
hæc se habere fatebitur. Non enim dis-
fitebitur Scholasticis institutionibus
& congressibus intermissis, Ecclesiæ
salutem afflictissimam fore. Redito
enim obsecro in memoriam quæ non
ita multis ab hinc annis Ecclesiæ & re-
ligionis Christianæ fuerit facies, quæ
tenebræ plus quam Cimmeriæ, quæ
mala nulli rei alij accepta referes, nisi
intermissioni studiorum, linguarumq;
& artium necessariorum inscitia, cum
tristissima barbarie ubiq; Scholæ &
Academix oppressæ iacerent. Vt autem
tem

rem singulari Dei benignitate in Ger-
mania Scholæ rursus aperiri & artium
linguarumq; studia postliminio coli
coepta sunt, simul sua Ecclesiæ tot secu-
lis deperdita dignitas & splendor re-
dijt. Quæ futilium & perniciosarum
quæstionum agmina, quibus passim
Theologorum pulpita magnæ subtili-
tatis opinione perstrepebant, uel solis
us Grammaticæ subsidio profligata sunt.
Hæc adeo uera sunt, ut hostium Chris-
tianæ religionis testimonia non desint.
Monumentis enim literarū mandatum
est Iulianum istum Apostatam, cum re
ipsa didicisset frustra conatus omnes,
a superiorum temporum Christianæ
professionis persecutoribus susceptos
esse, isq; odio plane internecino Chris-
tianæ Ecclesiæ æstuarer, aliam uia eius
excindendæ ingressus est. Inicio poli-
licitationibus amplis, præmiorumq;
magna spe & liberalissimis largitioni-
bus Christianos ab Euangelio auoca-
re studuit. Vt autem astuta hæc con-
silia ob Christianorum constantiam
sibi ex sententia non successura uidit,
alia

alia uia rem aggressus est, quam maxime compendiarium & proximam fore credebat. Non sumpsit arma, non mouit bellum, non territauit quenquam gladio, nec aqua ignique Christianis interdixit, sed Scholas eorum claudi præcepit, liberosque eorum nullis literis excoli edixit. Censuit enim hac arte breui se effecturum, ut tota eorum fides intermoreretur, propter ipsorum ineruditionem. Quare uel acerrimi hostis Ecclesiæ confessione discito Scholarum usum in primis Ecclesiæ necessarium esse, nec corrumpi in his tenebras discentium animos. De rebus publicis eadem est ratio. Nec quenquam eo imperitiæ, ne dicam dementiae progressum autumo, qui opinetur absque eruditione, cuius fundamenta in Scholis ponuntur, saluas fore. Id enim refel-
lat uel Plato, qui propter sapientiam qua excelluit, philosophorum deus appellatus est. Hic enim eas Respublicas beatas dixit, quarum administratio doctis & sapientibus permisa sit, aut certe his, qui omnem suum studium in doctrina ac sapientia collocassent,

collocassent. Quot existimas hodie
ex ijs, qui in publicis rebus uersantur,
& uel temporum iniuria, uel alijs im-
pedimentis literarum & artium nece-
ssariarum cognitionem assequi nequis-
uerunt, suam ipsorum uicem dolere &
in anticipibus & perplexis deliberatio-
nibus suam ineruditionem deplorare?
Quanc̄q; necesse sit & in explicatis ne-
gocijs hos οὐκ εὐσοχέειν. Verum hæc ut &
alias ἢ ἀγνοία κακὸν ἀνώδυνόν ἐστι. Quod
tandem ad œconomiam attinet, si eam
Scholarum subsidio spoliaueris, quan-
ta Deum immortalem, educationis di-
fficultas & miseria? Et hoc solo nomi-
ne Scholis summa debebantur præmi-
a. Ad hæc quid uirtutis, comitatis,
modestiae, morum uitæq; integritatis
reliquum erit Scholis sublatis? Non-
ne suauior est consuetudo patrisfamilia-
as, & hominis priuati, qui uel summis,
(quod aiunt) labris literas degustauit,
paucissimosq; saltem dies Scholæ li-
mina truit, quam eius, qui in puerilibus
hisce cœtibus nunquam præceptorem
extimuit? Non enim fallere potest
illud Poëtæ. Adde

Adde quod ingenuas didicisse fideliter

~~artes~~ *artes*

Emollit mores nec sinit esse feros.

Et illud.

Quo semel est imbuta recens seruas
bit odorem.

Testa diu.

Nonne igitur satis nobis causæ hoc fuerit, ad hanc nostrarum uigiliarum, laborum & perpetuarum quas in scholastica institutione tractamus, operarum commemorationem suscipiendam, ut quibus artibus, qua fide & sedulitate publicæ utilitati studeamus, cuilibet testatum & notum sit? Et quod ad me quidem attinet, existimo non posse me in crimen uocari, quod rationem prouinciæ Scholasticæ, iam ad decimum annum actæ hac descriptione, lectori reddo. Non debeo enim ea occultare quæ in publici muneris tractatione facio. Hinc igitur, æquus & doctus lector cognoscet, quibus rebus hætenus effecterim, ut mea fides & diligentia, quod cum laude & gloria uere prædicare possum, nunquam in dubium uel suspicionem

nem uocata sit, licet hoc conuiciatores
nonnulli diu magno studio quæsierint,
sed expectationi & uoluntati uestræ
(nam ad uos præclari Scholæ nostræ
curatores reuertor) semper satisfacere
cerim, ut eius rei grauissima a uobis tes-
timonia sunt mihi impertita hoc toto
Gymnasiarchias meæ tempore. Vobis
igitur, quibus ea res potissimum ab
amplissimo Senatu commissa est, ad-
ministrationis Scholasticæ rationem
nunc expono, quibus eam in primis
nosse conuenit, ac quam possum amân-
tissime obsecro, ut quæcuncq; ad am-
plificandam rei literariæ & scholasticæ
administrationis dignitatem, utilitatem
& salutem conferre possitis consilia &
studia, ne ulli labori & diligentia par-
catis, sed in id totis animis incumbatis,
ne literarum studia, quæ nunc cum
urbis huius non exigua laude & deco-
re effloruerunt, ullo auxilio, ope &
præsi diodestituatis. Haud enim uos
latet, quæ sint omnium rerum fatales
periodi, quæ tanto citius circumaguntur,
quanto hominū negligentia est maior.

Vereor

Vereor enim ne breui Catastrophe &
conuersio omnium opinione tristior
subsecutura sit, nisi studio & arte ægri-
tudini rei succurratur. Valebitis ac ut
hactenus studiorum & Scholæ inco-
lunitas uobis cordi fuit, ita porro or-
nare hanc functionem Scholasticam
quibus rebus poteritis, non cessabit is.

Brunsvigæ ex uetustissima Dul-
gibinorum sede. Mense

Augusto. Anno ab in-
carnatione Christi
Saluatoris.

M. D. LXII.

Andreas
Pouchenius.

DE CLASSI- VM DISTRIBUTIONE, & singularum operis & lectio- onibus.



N Scholis utilissima con-
suetudine inoleuit mos iam
planè vulgaris, ut pueri
pro ætatis & ingeniorum
uiribus in classes distribu-
antur. Et prudentia præ-
ceptorum, qui eius rei pri-
mi autores fuerunt, magnam laudem meretur. Ex-
perientia enim quotidiana eos docuit, male studia
discipulorum regi & inspicì posse, cum omnes in tur-
ba sine ordine simul erudiendi sùnt. Retardatur
enim progressus ingeniosorum, aut si excitatoribus
ad discendum opera data fuerit, tardiores & hebe-
tiores negligi necesse est, qui si suo loco pro captu
ingenij instituerentur, non planè omnem operam
perderent. Non enim raro naturæ difficultas di-
ligentiae paret. Proinde in ludo nostro tali clas-
sum ordine utimur.

CLASSIS INFIMA & Humilima

B

In hanc

1. **I**N hanc recipiuntur, qui primum elementa
literarum de facie agnoscere discunt. Est hæc
prima scaturigo Scholarum. Ab hac enim
extrema linea omnibus est faciendum discendi initi-
um. Hi præter literarum characteres, prima si-
mul Catecheseos capita nude recitare discunt, &
post memoriæ mandant, quod præstare possunt, alio-
quopiam natu maiori ipsis sæpiusculè uerba par-
tium Catechismi, ut sunt Decalogus, Symbolum,
Oratio Dominica, Baptismus, & Coena Dominica,
cum Preulis matutini & uespertini temporis, præ-
unte, cuius recitationem dum uoce subsequuntur,
animum paulatim & mentem penetrant. Hæc bi-
partita opera primis alphabetarijs impendenda est.

CLASSIS PROXIMA.

2. **H**Anc consequitur Classis alia eorum, qui
litteras connectere, & syllabas uocum colli-
gere discunt, inter quos & illi sunt expe-
dite libellos pueriles legere norunt, ut sunt Dona-
tus, Catechesis Lutheri, Grammatica, & quos
præterea comparandæ solidæ lectionis gratia usur-
pant & quotidie terunt. Hi quia legendi pleniorẽ
facultatem consecuti sunt, nudis Catechismi parti-
bus, quas in primis Scholæ subsellijs addidicerunt,
paulatim explicationes ex Lutheri Catechismo, ger-
manico

manico adiungunt, ut dictorum sententiam sensim
intelligent, & Christianismi pleniorē adipiscan-
tur cognitionem. Ad hæc exercitium pingendi
litteras & describendi integras sententias, ad ex-
emplum à præceptore cuiq; præscriptum, his in-
iungitur, quod ad legendi expeditiorem notitiam
facere certum est. Quin & Germanicis paginis
chartisq; legendis operam navant, ut tantò tempe-
stivius & temporius parentibus domi usui esse que-
ant. Antequam his domum abeundi facultas a præ-
ceptore conceditur, & ante & post meridiem bina
uocabula Latina, ad cognoscendas appellationes
rerum, in Scholâ ediscunt, & domi parentibus
exponunt.

TERTIA CLASSIS.

3.

Hic ascribuntur qui absq; titubatione &
hesitatione exactè, quæcunq; offeras legen-
re & dictionum uoculas describere norunt.

Hi paradigmata declinationum & coniugationum
& quæ initio de partium orationis discretionibus
& differentijs ipsis quam pinguisima Mimerus
tradi possunt, ex Donato ediscunt. Ac exercen-
di eius studij gratia adiunguntur ijs interpretationes
distichorum Catonis, & sententiarum Solomonis,

B

2

Euangelio

Euangeliorum Latinorum Dominicalium, crassis-
sima analysis uocabulorum. Qui his prælegit peri-
odica serie uoces sententiarum colligit, & quam
maxime puerili Teutonica interpretatione uertit,
addita cuilibet sententiæ paraphrasi, copiosiore,
ut quid dicatur penitus assequantur. Hunc enim
duplicem transferendi Latina laborem necessario
existimo horum causa suscipiendum esse. Vbi in-
terpretandi labore aliquoties præceptor perfunctus
est, easdem partes delegat ordine aliquot pueris,
ut quantum assecuti sint ex eorum redditione inter-
pretationis perspiciat, ac si quid eos fugerit, ube-
rius edoceat. Subiungitur his compendiolum ali-
quod Grammatices Donati breuitati proximum,
pleniuscule tamen nonnulla explicans, ut propius

~~ad uocabula~~ aliquantò partes orationis inspicere possint. Huic
~~re~~ rei appositissima est ~~αὐξάνουσι~~ uocabulorum
~~ex~~ ex auditis lectiunculis, qua, cuius partes orationis
~~quæuis~~ quæuis sit, quoque usurpata accidente, declaratur,
~~et~~ & flectendæ cuiusq; ratio ostenditur. Horum
~~descriptionis~~ descriptionis exercitatio tota consistit in declinatio-
~~num~~ num & coniugationum paradigmatis exarandis,
~~et~~ & quotidie nunc suo Marte declinationem uocabuli
~~nunc~~ nunc uerbi coniugationem ex audita lectione descri-
~~ptam~~ ptam exhibebunt suo lectori, ut sicubi lapsi fu-
erint, error corrigatur & erroris causa
ijs ostendatur.

Classis

CLASSIS QVARTA.

4

HVC ex proxima transferimus eos, qui in primis declinationum coniugationumq; formulis sedulam nauarunt operam, easq; ad unguem memoria tenent, & partes orationis mediocri dexteritate dignoscunt. Ac hic Etymologiae fusior doctrina addita Syntaxi quoq; traditur. Atq; ut pluribus exercitijs studia eorum promoveantur, enarramus his auditoribus paedologiam Petri Mesellani, selectiores & planiores Cicero- nis epistolas, fabellas Aesopi, sacros Dialogos Castationis, breuiora quaedam Erasmi Colloquia, flores Poeticos seorsim excusos, & quae praeterea scriptorum talia iudicamus, quae horum captui quadrent. Interpretatio praelectionum omnino ad Grammaticum dictionum ordinem in Periodis explicandis consuetum, efformanda est. Explodenda igitur est ea indiligentia, qua, ut fors fert uocabula, nonnulli sententiarum uoces iungunt. Repetitio partim est Etymologica, qua excutiuntur uocabulorum naturae paulo exquisitius, quam in classe praecedente, in nominibus casuum fines in singulis declinationibus, deriuationes compositionumq; formae accuratiori studio indagantur, in uerbis uero praeterita & sapina sedulo inquiruntur, & subduntur cuiusq; rei ex Grammatica rationes, quae ea

B 3

de re

de re traduntur, ac pari opera reliquarum parti-
um orationis tractatio & exquisitio suscipitur,
partim uero est repetitio Syntaxeos inuestigatio,
quæ tamen potissimum intra iustæ & legitime
structuræ metas cohibetur, quæ huic cœtui sufficere
nostro iudicio, potest. Admodum enim tenera
adhuc sunt ingenia huius, ut sic dicam, tribus quæ
arte potius ac lenocinio quodam dulcedinis studi-
orum allicienda sunt ad discendum, quam quibus
non sint capiendis, obruenda. His duabus pri-
oribus repetitionis partibus succedit tertia, qua
uerborum & dictionum in quavis orationis parte
nature & propriæ significationes commonstran-
tur, & quæ sit $\phi\gamma\acute{o}\sigma\epsilon\omega\mu$ ratio pinguiore tamen
Mimerua. Hæc autem omnia ea gratia sus-
cipienda, & sic ordine partienda sunt, ut eo
modo paulatim ad Latinum sermonem assuescant.
Nam in hac Classe inicium fieri uolumus,
& utendi sermone Latino, & de Germanico
in Latinam orationem nonnulla singulis hêdo-
madis conuertendi, quò ut eo facilius ipsis
sit accessus, tertia pars repetitionis plurimum
emolumentum illis attulerit.

Coryceos. Constituimus his Coryceos, qui delatorijs
chartis, uernaculo sermone loquentes, præcepto-
ribus indicent, ac præter hos palam notis,
quibusdam præcipitur non Latina lingua utentes
obsere

obseruandi, & notam Germanicæ loquæ usur-
patæ, quos depræhenderint, conferendi. Et
huius rei propterea tam diligentes obseruatores
constituimus, quod persuasum habemus nisi
tali quodam metu ad usum Latini sermonis adi-
gantur statim ab initio, post eos maiore mo-
lestia & difficultate ut id faciant, adduci uix
posse.

Materia autem, quæ ijs Germanicè dictatur,
Latinitate donanda, sic ad ea quæ in lectionibus
audierunt, attemperatur, ut non procul ab
ijs dissideat, ac inde ad uersionem instituendam
facile subsidium petere possint. Breuia
tamen omnia hæc esse expedit, ut exercitium
plus delectationis, quam laboris præ se ferat.
Prolixitate enim & rerum obscuritate facile
detertere poterunt, ut conatum & industria-
lam abijciant.

Excitandæ diligentie causa, ac ut seduli-
ores aliquam suæ industrie & diligentie frugem
& gloriam percipiant, tardioribusq; segnicia
excutiatur, & calcar ad discendum addatur,
Grammaticæ disputatiuncule habentur quauis
septimana semel, quibus ternis quæstiunculis
ex Etymologia & Syntaxi se mutuo prouo-
cent.

Lacessuntur superiores ab
inferis

B 4

inferioribus, ac quia sine lucro & questu uictoria
 ingrata est, uictus iacturam loci honoratioris facit,
 inferior si succubuerit, quod affectauit, eisi non im-
 petrauit, conatu tamen laudabili ostendit se ad alti-
 ora aspirare, quæ daturus sit operam manibus pedi-
 busq; ut temporis processu adipiscatur, etsi nunc ir-
 rita spe in arenam descenderit. Superior autem
 ab inferiori superatus & loci honore spoliatus,
 recuperandi loci spe non planè excidit. Si enim
 cum sua uirtute & diligentia octauo die, quam co-
 detractus est, postliminio acquirere & recuperare
 possessoremq; nouum eo excutere poterit, laudem
 eius meretur industria eiq; licitum id est periclitari.
 Sin, uero & hic rursus palmam & uictoriam no-
 uus uictor obtinuerit, omne pristinae possessionis ius
 alter amittit. ἀγαθὴ πᾶσι δὲ ἄριστος ἦδε.

Hanc exercitationem cum imperitum cerdonum
 uulgius audit, quod mireris, adeo offenditur, ut
 potius, quam hanc aleam disputationis suos pacia-
 tur experiri, seignissimos, nulliusq; spei liberos,
 eos nostræ Scholæ ualedicere malit. Rides for-
 tassis quod dico, attamen uera narro de ijs, qui se

Alba gal
 line filij
 in Cato
 in sa
 pientia
 parant.

albæ gallinae filios & Catonem sapientia equipa-
 rare existimant. Adeo uerum est illud Theognidis
ἄριστος δ' οὐπω πᾶσι ἀδελφάμα. Nec
 quod summus agit Iuppiter omnibus probatur. οὔτε
γὰρ ὁ Ζεὺς οὐδ' ἕων πάντα ἀνδάνε οὐτ' ἀνέχωμ.
 Sed

Sed non invidemus his, quam capiunt ex affectata
& studiosè quæsita suorum pernicie, uoluptatem.
His singulis diebus Musices, & binis diebus hebdo-
madae Cathechismi & Euangeliorum Dominicali-
um praelectio & recitatio cum classe praecedente,
communis est.

CLASSIS QUINTA.

Hic succedit classis noua & sublimior, in
quam ex proxima ascribuntur, qui Etymo-
logiae pracepta, quae ab Analogia minus
variant, & mediocri diligentia iustae & legitime
constructionis rationes & leges perdidicerunt, ac
eius sunt erudiciuiculae ut ad grauiores Grammaticae
& studiorum puerilium partes sint admittendi.
~~In hoc autem confesso argutius & supersticiosius~~
~~tota Grammatica tradenda est, nec quicquam pra-~~
~~termittendum, quod ad eam artem pertinet.~~ Ac
quia quos in hoc numero erudimus, iam aetate & iu-
dicio sunt paulo firmiore & robustiore, existima-
mus discentium studijs apprimè utile esse, hinc in no-
stra Schola Graecae linguae discendae exordium fieri.
Nam hoc loco plerique tales sunt, qui utriusque litera-
turae studio, si coniungatur, & delectari & insti-
tui possunt. Ut autem in rerum prima noticia cõ-
paranda fieri par est, solummodo prima simplici-

um declinationum & coniugationum elementa, cum
inflexionibus articulorum & pronominum, & quæ
ad casuum & temporum formationes & declina-
tiones spectant his tradere sufficit, ne linguam ig-
notam, priusquam cognoscant, oderint, sed amor
& desiderium Græcarum literarum animis sensim
instilletur Ac ut inflexionum paradigmata ma-
gno numero ijs in promptu sint, primis & tenu-
issimis his Etymologiæ Græcæ inicijs adiungimus
Græcarum Fabellarum AEsopicarum, quæ & bre-
uitate & perspicuitate horum studijs & ingenijs
commodiores sunt, explicationem, quæ res & ad
concinnitatem lectionis acquirendam non parum
frugis affert. Est & ubi proponi possint Pho-
cylidis sententiæ, uel aurea Pythagoræ dicta, E-
uangelia Dominicalia. Quin ubi in horum pue-
rorum rem facere Præceptorum iudicio uisum fu-
erit, nihil impediat, quò minus Euangelista Lucas
cuius oratio ad ueram Græcæ orationis ὀρθότητι
præ cæteris proxime accedit, Grammaticè ijs enar-
retur, quod ob rerum piarum & coelestium digni-
tatem quoq; fieri conduxerit. Non tamen hic
temere quidquam institui uelim sine graui consilio.
Ex Latinis uero autoribus ijs præleguntur, Terentio
us, Epistolæ Ciceronis, Virgilij Bucolica, Psalte-
rium Eobani, nec incommoda his esse possunt, Pœ-
matia Lotichij, Sabini & similium nostri seculi
Pœtarum

^{Deus}
Poëtarum, quorum numeri aut obscenitate materia
carent, aut insectatione bonorum. Hic incipient
stylum exercere exquisitiore labore, ita ut & ad
scribenda carmina paulatim ijs uia sternatur, qui
ingenijs sunt paulò felicioribus. Principio
igitur, ut ad id studij alliciantur, utile & commo-
dum fuerit, ijs uersus paucos ordine Grammatico
constructos Poëticisq; numeris emotos dictare ac im-
perare ut suis legibus eos restituant, quod ijs pro-
derit, ut metiendorum uersuum ratione perspecta
sensim suo Marte uersiculos connectere, ac absq;
tali cortice, quod aiunt, natate incipiant. In scrip-
torum lima & correctione, sedula hic opera impen-
denda est ab ijs, qui eorum scriptis litura errata exi-
munt, nec ἐκ τῆς ἰσομοῆς tantum & desultorie
censoria uirgula utendum; sed percontabuntur sin-
gulos de usurpatarum locutionum & φερέσων auto-
ritate. Non enim permittenda est cuiq; licentia abs-
q; imitatione probatorum autorum in Scholasticis
styli exercitijs, loquendi quidquid sese forte fortuna
obtulerit, sed consuefieri necesse est iuuentutem
ut eius quod scribit autores habeat. Ita enim fiet
ut Germanicolatinæ orationes paulatim in desue-
tudinem ueniant & ueræ Latinitatis ratio recupe-
retur per talem ignauiam amissa & oblitterata.

Ac imponetur ipsis hoc pacto necessitas,
bonorum autorum loquendi consuetudinem co-

mea

maiore sedulitate inter prælegendum & repeten-
dum obseruare, cum inter emendandum scripta di-
ctorum suorum rationem cogantur reddere.

Et quia Prosodia ob numerorum cognationem,
affines sunt Musica & Arithmetica, ideoque has
seungi non paciemur, Musica itaq; & Arithme-
tica lectio his cum prima classis auditoribus com-
munis est, & cuiq; suum biduum tribuetur. Tamdiu
autem in hac palestra exercebuntur quoad si non la-
tinè simul, Grammaticè tamen & congruè loqui
& scribere didicerint. Hæc autem classis præ
cæteris eò erit infœlicior, quod quibus non est ani-
mus studia literarum ad umbilicum perducere &
persequi, hic defectionem facturi sint, antelaturiq;
eruditioni uel opificum tabernas, uel negociationum
curas, aut institoriam nummos spondentem, aut quo
præterea quemq; sua libido raptura est. ideoque
priusq; à literis desciscant hic aliqua opus est insti-
tutionis fidelitate, ut tamen aliquid in animos adi-
gatur, unde in reliqua uita nonnihil utilitatis perci-
pere possint. Poterunt & his præceptorum arbitrio
nonnullæ prælectiones constitui, quas simul cum Pri-
manis audiant. Coryceorum clandestinæ & sub-
ornate auscultationes hinc, ad latini sermonis usur-
pationem obtrudendam, intermitteri sine discen-
tium iactura, non possunt.

SEXTA

SEXTA ET SUMMA
Clasiss.

NUNC ad eam classem narratio nos perduxit quæ primas obtinet, in quam assumuntur, ex precedente, illi, qui tollerabiliter & Grammaticè loquuntur & scribunt. His iure præstantissimorum autorum utriusq; lingue debetur enarratio. Et quia hic solidior artium dicendi cognitio comparanda est, inter Grammaticos principem locum tribuimus Linacro, à quo plurima latine structurae mysteria ostensa & sine impietate memoriae sunt prodita, ut non tantum abunde ea cognosci possint, quæ ad constructionem iustam sed etiam ad figuratas structuras in primis scitu sunt necessaria: ut interea silentio præteream quantum præ omnibus cum uetustioribus tum recentioribus ipsi in Etymologia quoq; sunt accepta referenda. Utilliter tamen eius lectionem ad Methodum Micyl-
liane Grammaticæ, quantum eius fieri potest, attemperamus, ita enim liquidius discentes cernunt, quæ antea præceptis ex eo consueto libello, cognitæ hinc tanquam ditioris auctuarij loco accedant. Vallam in Linacri explicatione non raro in consilium adhibere res ipsa monet. Res metrica his integra tradenda est, ac exercitium tam prosam quam ligatam orationem scribendi urgendum hic est, ut
maxime

quam maxime. Ac si quid est exercendæ & au-
genda sermonis copię ratio, hanc præcipuè con-
ducibilem iudicamus, qua eadem materia diuer-
sis carminum generibus describitur. Non enim
easdem uoces ubiq; recipi & usurpari constat,
subinde itaque in alias atque alias formas, Prothei
ritu, necesse est se uariet oratio, donec numeris
metricis, quibus utuntur, illigari possit.

ad extremum Dialectices præcepta ex Erotematis Philippi
Melanthonis tradimus, quorum usum Scholis uti-
lissimum & commodissimum esse credimus, &
usu multorum annorum edocti sumus. Ad illu-
strationem præceptorum ex quotidianis autorum
prælectionibus, dum repetitiones auditorum insti-
tuimus, exempla depromimus, argumentorum lo-
cos breuiter ostendimus, & monstratis terminis
unde argumentationes conflatae sunt, Syllogistice
eos colligamus & consequentiarum causas paucis
uerbis adducimus, ut ratio totius æconomiae
oculis nudè subijciatur. Addimus & Rhetori-
cen, ut iustam loquendi & scribendi rationem
artium præceptis congruentem, intelligant
Rhetoricæ Colophone imposito, subijcimus ora-
tionis cuiusdam Ciceroniane enarrationem, ut
præceptorum usum ostendamus, qua absoluta ad
Commentarios Erasmi de Verborum & Rerum
Copia diuertimus, unde nos postea ad Rhe-
toricen

toricen recipimus.

Græcæ Grammaticæ
præcepta, uel ex Mecelero uel Clenardo doce-
mus, & auditores maturiores subinde ad Vr-
bani Græcorum Grammaticorum Coryphæi, lecti-
onem ablegamus. De Arithmetica & Musi-
ca iam antea meminimus, quam commemorationem
hic uolens omitto.

Latinae linguae autores eos deligimus, qui omnium
confessione discipulis sunt utilissimi. Ex historiis
sunt Liuius, Cæsar, Iustinus præcipue. Ex Poe-
tarum numero Virgilius, Ouidius, poterit & Lu-
canus non excludi si ita occasio ferat, Terentius &
castiores Plautinae Comœdiæ Scholis sunt receptæ
& familiares, inter quos, si ita uideatur, & Seneca
sortiri locum aliquando potest. Ex oratoribus
nemo est cui Ciceronem posthabere possimus. Et
hinc sumi posse iudicamus quolibet tempore com-
modissime, qui studiis & sermoni discipulorum recte
formando sint. Ex Græcis hæcenus interpretati
sumus quædam Sophoclea, Philippicas & Olinthi-
acas Demosthenis orationes, nunc Isocrati immora-
mur. Est & noster libellus Plutarchi, de educa-
dis liberis congruentis & necessarij argumeti. Ex
Poëtis nonnunquam Theognis, Hesiodus, ac si res
ita ferat, ipse Poëtarum fons Homerus accer-
si poterit. Recito unde delectum agamus.
Interpo-

*Arithm
Clenard
Vrbani
Græcorum
Coryphæi*

*Historiis
Iustinus*

Interponimus his quandoque Syntaxeos Graecæ
tractationem, quæ constructionis leges absq;
molestia complecti uidetur. Ex Cathechisticis
libellis plenius scriptis utimur, Vvillichij opera
hac in re nobis commoda fuit, nec inutilis Vrbani
Rhegiij libellus nec Davidis Chytræi fuerit. Non
enim hic temerè quemuis in Scholam admittimus,
cum compertum habeamus non carere quosdam, cur
ijs merito abstineatur, suspensione errorum non leui-
um. Et non incommode hic usurpatur illud poëtae.

Quos credis fidos effuge tutus eris.

Ad hæc cum in autoribus & præcipuè Poëtis
multa insint, quæ citra cognitionem doctrinæ spheri-
cæ, de circulis, Zonis, ortibus occasibusq; Poëticis
quibus in definiendis temporibus passim utuntur,
& climatum differentijs, nec intelligi nec com-
mode & explicatè tradi possint, ne in huiusmodi
locis alicubi oblatis uel aqua, quod dicunt, hereat,
eius doctrinæ prima Elementa scitu sunt necessaria.
Quapropter ut & hac parte discentes pleniori ob-
sequio demereamur, quæ de primo mobili traduntur,
eos uel extraordinarijs & succisiuis horis docebimus
ut nunc iam coepimus. Et non ignoramus in Scho-
lis ad quamuis disciplinarum professionem funda-
menta ponenda, ideoq; sicubi citra Graecæ Latinaeq;
linguæ detrimentum & iniuriam fieri poterit, cap-
tabimus aliquando, ut iam & olim à nobis factum
est,

est, occasionem proponendi nostrorum Scholasticorū
nonnullis sacrae Hebraeae linguae quoq; inicia, cuius
cognitione Ecclesiae ad multa Christianae fidei &
doctrinae mysteria prodenda mirum in modum opus
est. Et ita, ut nostra quidem fert opinio, nihil a
nobis praetermittitur, quod ad fidelem iuuenilis aeta-
tis informationē attinet, nec labor ullus aut molestia
subterfugitur. Hæc est propemodum nostrae institu-
tionis & palæstræ Scholasticæ descriptio, qua par-
tim hætenus usi sumus, & quoad in hac statiōe Deus
nos uersari uolet, porrò utemur, unde in certissimā
spem uenimus, non parum utilitatis ad omnes societa-
tis & communitatis ciuilibus ordines rediturum esse.
Hæc tamem ita descripsimus, ut quouis tempore reb.
Scholæ ita ferentibus, addi possint Moralia &
Physica, ut sunt quæ a Pontano in Meteoris de rebus
quæ in sublimi generantur, sunt tradita.

Horarum & prælectionum distributio non multæ
operæ ac laboris est, ideoq; eam non apposuimus. Ac
ex hac Scholasticæ administrationis commemoratio-
ne, semper eligi ea possunt, quæ ex re sint discenti-
um. Quomodo enim omnibus simul in ludo litera-
rio locus concedatur? & in delectu uarietas nimia
ut studiorum præsentissima pestis uitanda est, quæ
semper impedit ne in singula intentus a-
nimus auditoris esse ualeat.

C

EP 16

AD LECTOREM.



*Vae caret iniustos contra, Respu=
blica, nervis
Incolumis longo tempore stare
nequit.*

*Et Schola quæ nulla moderatur lege, iuuentæ
Exitio, in præceps protinus acta ruit.*

*Namq; nisi stimulis subigat formicq; præmendo
Lasciuum ueluti robore sessor equum,
Fertur, & excussis discurrit liber habenis
Concitus & pedibus cuncta furore terit.*

*Sic ætas duro quoq; sub censore regatur
Prima nisi, in quoduis proruit illa scelus*

Ac animi sequitur quod suadet dire libido

*Ad frugem morum non reditura bonam.
Censuram ergo petat iuuenum de moribus acrem,
Cui sunt Palladiæ tradita sceptræ Scholæ.*

*Ne quondam merito pueris culpetur ab ipsis,
Erratiq; ferat præmia digna sui.*

*Andreas
Dethmarus.*

Nunc

Nunc ad alia quaedam sermonem uertemus.

DE PRÆCEPTORIBVS.

*



Nasciscendis Præceptoribus nihil tribui potest cuiusq̃ hominis seu deprecatoris gratiæ aut precibus. Nam solo respectu publicæ utilitatis discentium ad salutem Ecclesiæ, Reipublicæ, & OEconomie hic omnia sunt gerenda. Committende igitur docendi partes sunt doctis, modestis, quosq̃ non alicubi in Christianæ doctrinæ capitibus labe aspersos, ab Orthodoxa sententia Ecclesiæ dissentire compertum est, quiq̃ studio amore iuuandi discentium studia non facile laborum tedia & molestiam concipiant. Ignauis uero ab his mellificationibus & aluearijs procul arcendi sunt. Qui uero in collegarum numerum cooptati fuerint, ijs sæpenumero de suæ functionis cum dignitate tum necessitate in mentem ueniat.

RS

ita enim fiet ne segniciei in Sparta sua exornanda
se sint daturi. Ac si crebro sibi in mentem reuo-
carint, quam fidem Deus ab ijs requirat, qui opus
Domini exercent, non facile tedium aut odium
muneris sibi obrepere patientur. Quorum autem
industria & fides hac cogitatione non excitatur.
extremi ingenij iudico, nec dignos quibus tenella
iuuentutis ingenia committantur. Hi itaque sibi
persuasum habeant, certo fore ut, quemadmo-
dum abundè præmiorum Deus fidelibus ministris &
operarijs rependit, ita non sit facturum, ut suam
negligentiam & omissionem inultam ferant. Et
quanquam uerum est, neminem ea esse prudentia &
diligentia, quin interdum aliquid parum rectè fiat,
(ἀμαρτάνει γὰρ ἢ σοφότερον σοφώτατος)
consulto tamen aut ultrò admittere, ut negligentie
accusari possis, excusatione uix dignum fuerit. In
ministerio requiritur diligentia, & rectè faciendi
προαίρεσις. 2. 74.

Prælegendi labori nemo se accingat, nisi ad
prælectionem se maturè & sedulò domi instruxerit,
ut quæ ad explicationem rerum docendarum requi-
runtur, signatè & dextrè pro auditorum captu
enodare queat. Inter docendum facessat argutia-
rum & subtilitatum ociosa ostentatio. Detur au-
tem opera ut quàm pinguisima Mimerua enarratio
instituaturs

instituat, quò appareat studio esse crassissimam
docendi uiam. Ita discentibus perspicua magis erunt
audita & obscuritatis suspicio adimetur. Hoc ut
presteur, matura & sedula rerum premeditatio-
ne opus erit.

Prælectionum inicia fiant tempore in ipsis ho-
rarum momentis, ne diu lectoris aduentus expectan-
dus sit. Cui qualibet septimana curandarum pre-
cum Scholasticarum munus incumbit, quod in uicem
omnibus delegabitur, ilico ut horologio tempus
ordiendarum operarum signatum fuerit, precatio-
nes consuetas aüsspicabitur. His finitis proxima erit
Catalogorum in quauis classe recitatio, ut ab-
sentes notari possint. Hora laboris præterita in
eos inquiratur & absentia, uel serò ueniendi causa
percontationibus cognoscatur.

Vna hora tantum enarrandum suscipi debet, cu-
ius proxima lectione possit repetitio fieri, ut ni-
hilominus pergatur. Non autem pigeat idem mem-
brum aliquoties reiterare, si auditorum, aut re-
rum necessitas id exigat.

Periodorum membra naturali & Grammatico
ordine uocũ connecti debent nec tumultuariè congeri.

In Germanicis interpretationibus non uelim quolibet sermone autorum uerba reddi, sed Teutonicæ lingue ornatui & lepōri operam dari.

Mores Præceptorum tales omnino esse conuenit, quibus pueri non corrumpantur, sed moratiores & probiores reddantur. Quia enim ea decori esse præ inscitia sua arbitrantur, quæ in Præceptoribus cernunt, non difficile est ipsis aliquam scabiem affricare. Ac ita non rarò fit ut nonnullis inficiantur, priusquam ea in uicio haberi norunt.

Temulentis aut hesternam crapulam redolentibus non concedemus, apud iuuentutem aliquid operis facere, ac si quem ebrietatis uicio deditum depræhenderimus, nec eius rei facere uelle modum, munere hunc potius mouebimus, quàm passuri simus aliquam maculam propter eum scholæ aspergi.

In progressionibus funebribus, uel alijs quibuscunq; , quisq; ad suæ classis pueros incedat & eos obseruet, ne quid in conspectu hominum, & loco publico committant, quod Scholæ crimini dari possit.

In choro studeant ut discipuli omnia rectè in decantandis Psalmis administrent, & moribus sine sacro loco conuenientibus.

MORUM

Morua leuitatem, dictionum turpitudinem,
uerborum scurriles obscenitates & diras exe-
crationes, uestitusq; lasciuiam uersabuntur maxi-
mopere.

Vt scriptorum censura sit agenda in superioria-
bus suo loco diximus.

Si quibus obortæ fuerint similitates aut rixæ,
eas ad Rectoris munus pertinet cognoscere & com-
ponere. Sin huius autoritate reconciliatio fieri ne-
queat, referenda est res porro ad curatores Scholæ
& Superintendentem, quorum in talibus summam
potestatem esse, æquum est.

Qui suo munere abire uolent, id in tempore Gymna-
siarchæ indicabunt, ut spacium detur uocandi suc-
cessorem, ne quid ex hac re detrimenti Scholæ
capiat.

Dimittendi & suscipiendi collegas potestatem
penes ludi moderatorem esse, æquum est. Huic enim
imputatur, quicquid in Scholæ geritur, igitur ut
tanto sint ipsi dicto audientiores administrari, neces-
sitas flagitat, eius potestatis hanc rem esse, confirma-
tio uero dimissionis, & receptionis penes curatores
Scholæ est.

Missio

Philosophia est liberata, et non, quia...

Missio autem iure ijs denunciatur qui aut officij sui partes negligenter obeunt, aut ad docendum sunt inepti, aut morum-turpitudine muneri labem aspergunt, uel quorum consuetudo intolerabilis est,

Philosophia propter φιλονεικίαν, ebriositatem, spurci-
co hunc hinc
primaria ciem &c. quae parum sanae sunt sententiae in doctrina Christianismi.

*

DE DISCIPLINIS.

I.



Insistente Rectore nemo sibi hospicium procuret, aut per alium quemcunq; conficiendum curet. Non enim expedit civium liberis, ubicunq; libitum fuerit, novicios sibi hospicia parare.

II. Nec hospicium permutet quisq; sine Rectoris permisso, Discursiones illae non carent reprehensionibus.
In Schoa



III. In Scholam & disciplinam qui recipi se petit, det fidem, sanctèq; recipiat, se reuerenter legibus obtemperaturum, Præceptoribusq; dicto audientem futurum, nec quicq; commissurum, quod contra officium ingenui pueri & discipuli sit, Scholæ leue maculam aspergere possit.

IIII. Qui in albiū Scholasticorum relatū, & ius Scholæ asscutus est, operam det & sedulo caueat ne blasphemie, magicarum artium, dirarum imprecationum, maledictorum, iuramentorum, spreti ministerij, inite conspirationis aut factæ coniurationis, criminationum, conuiciorum, furti, scortationis, calumnie & obtrectationis alienæ famæ, iure accusari possit.

V. Caueat omnia, quæ uel Præceptorum ledant autoritatem, uel cum condiscipulorum detrimentis, circumuentione, iniuria & fraude coniuncta sunt.

VI. Vsu gladiatorum, pugionum, telorum & bellicorum armorum omnibus seuerè interdicimus.

VII. Nemo sibi usurpet licentiam potandi, in tabernis desidendi, & sectandi piscationes, chartas lusorias, aleam, tesseras aut quæcunq; uitanda sunt Scholasticis, tractandi.

Hyberno

VIII. Hyberno tempore glaciem, iaculationes compressæ niuis uitent.

IX. AEstiuo tempore uitabunt aquam profluentem periculi causa. Qui enim periculo se committit, metuat necesse est, ne eo extinguatur & pereat.

X. Nihil consuetudinis uel contrahatur uel colatur cum ijs, qui studia non colunt. Hæ enim consuetudines plerunq; sunt perniciosæ.

XI. Auerfanda est omnibus, qui se probos & morigeros perhiberi uolent, conuersatio eorum, qui ob admissa & delicta sua ex cœtu Scholastico eiecti & proscripti sunt. ἀιχρὰ γὰρ ἡ κακὰ παρὰ τούτων ἐκδιδάσκεται.

XII. Qui ad condiscipulorum fraudem instituantur leuitate, contractus uenditionum, donationum permutationum & qui præterea huius generis sunt, omnes fugiant.

XIII. Nullas actiones Comicas, Tragicas aut similes instituent, absq; Præceptorum uoluntate.

XIIII. Quoties in ludum conueniendi tempus est, quisq; suo loco tempestiue adsit.

Si quera

XV. Si quem occupationes domi retinent, earum
Præceptores certiores reddat & sic impetret, ut sibi
ludo literario abesse liceat, idq; coram aut per lrās.

XVI. Qui sine Præceptorum uoluntate domi
manserit, ob neglectum munus pœnas luet.

XVII. Qui infrequentes in Scholam ueniunt,
eius socordia admonentur, & si nihil admonitio-
nes profecerint, arcebuntur à ludo & hospicio.

XVIII. Priusq; preces aut lectiones inchoantur,
suum quisq; locum occupabit & aliquid rei aget.

XIX. Sub prælegendo sint in omnia, quæ à Præ-
ceptoribus traduntur intenti, ut assequantur fideliter
sententiam dictorum uel auctoris.

XX. Non igitur concessæ sunt sub prælectioni-
bus confabulationes, murmuraciones, somnus, mu-
tue iniuriæ, aut quicquid attentionem perturbat.

XXI. Recitationes & lectiones sint clara, di-
stincta & tales quæ pronunciationis æquabilitate
(fiant.

XXII. Nemini permittimus è ludo se domum re-
cipere, nisi omnia in Schola sint peracta.

Cum

XXIII. Cum coetus Scholastici dimissio fit, absq; tumultuatione domum eatur, nec quicquam moræ in plateis trahatur.

XXIII. Domi fiat auditarum lectionum recognitio & repetitio, & uitetur ocium & studiorum intermissio.

XXV. Decurionum est quouis conueniendi tempore annotare eos, qui non adsunt tempori, tam in Schola & templis, & tam eos, quam absentes, ad Præceptores deferre.

XXVI. In Coemiterijs nihil lusus fieri permittemus, quod ei loco singularem reuerentiam deberi censeamus.

XXVII. Honos exhibendus est cuiq; debitus ubiq; locorum, de uia cedendo, caput aperiendo &c.

XXVIII. In templo omnia ita agantur, ut fieri religio, loci ratio, & Dei angelorumq; presentia postulat.

XXIX. Hinc ut quisq; absit, an æquum sit concedere non facile uideo. Nulli enim rei studium pietatis, & cognoscendi uerbi Dei posthaberi debet.

Nemo

XXX. Nemo rebus ad Scholam pertinentibus,
fenestris, scamnis, tabulis, pulpitis &c. quidquam
det damni: Qui contrarium fecerit, resarciendum
curabit quod utolauit, & poenam luet simul.

XXXI. Nemo iniurius sit condiscipulo. Lasus &
iniuria affectus ad Praeceptores acceptam iniuri-
am deferat.

XXXII. Nemo recipietur in discipulorum coetum
sine testimonio priorum Praeceptorum, nisi alias
liberalitas indolis aut morum modestia eum suspici-
one mala liberet.

XXXIII. Didactrum persoluent exteri semper
trimestri citius quam ciues, aut etiam tunc cum pri-
mum se Scholae nostrae committunt.

XXXIII. In funebribus processionibus tam
Partialibus quam totalibus, modestiae & uerecundiae
opera detur, & aequabilitati cantionum funebrium
studeatur.

XXXV. Vestitum uolumus omnes indutum gere-
re, non negligenter circumiectum humeris, laxum
& disfluentem.

Inscri

XXXVI. In scribendi exercitio exquisitissimā
operam à discentibus requirimus. Huic igitur
negligentiæ non est concedenda impunitas.

XXXVII. Scriptiones exhibeant prouectio-
res alternis nunc prosas nunc ligatas. Et qui Græcæ
orationis facultatem aliquam sunt adepti, Græcæ
una cum Latinis alternatim exhibebunt.

XXXVIII. In uestitu studeatur mundiciei &
decoro, uitetur leuitas Thrasonica in uestium secti-
onibus. Certum enim est uestitum animi indicium esse

XXXIX. Tota studiorum ratio sic ineatur,
ut Ecclesia, Respublica, OEconomia, ciuilibusq;
hominum communitas inde ad-ultimum suum per-
cipiat commodum. Quibus hic discendi finis
præscriptus est, his non potest fieri, quin crebrò
in mentem ueniant suæ uocationis & muneris.

XL. Implorationes diuini auxiliij crebras & ar-
dentes esse conuenit. Sine diuino enim afflatu & nu-
mine oleum & opera, quod dici solet, luditur.

XLI. Vbiq; locorum inter se Latino sermone
utentur, ut uel sermo eos à uulgo indocto discernat
& eos Scholasticos esse, testimonio sit.

Disci-

XLII. Disciplinae & legum Scholasticarum impatientes, quiq; parum pie sua colunt studia Praeceptorum monitis morem gerere recusant, Scholae ue sunt dedecori, infamiae & condiscipulis perniciosi, & in uiam redire uel in officio esse nolunt. in literaria politia non sunt tolerandi.

Quae praeterea ad Scholae salutem constitui, & decerni opus fuerit, Praeceptorum iudicio & circumspectioni commissa esse conuenit.

Errata sic restitue.

- A facie 1. linea 15. lege $\lambda\omicron\iota\delta\omicron\gamma\omicron\upsilon\mu\epsilon\nu\theta\theta$
- A fa. 4. lin. 12. lege humanae
- A 8. facie 2. pro ex lege in.
- B facie 2. lin. 18. lege qui expedite & c.
- B 3. facie 2. linea 20. lege hebdomadis.
- B 4. facie 1. linea 7. lege deterreri.
- B 5. facie pri. linea 9 ascribuntur.
- B 6. facie 2. linea 8. lege tribuitur.
- B 7. facie 1. linea 5. pro quantum lege quae.
- B 7. facie 2. linea 1. pro quid lege qua.
- B 8. fac. 1. linea 9. lege ex historicis.
- C facie pri. linea 14. lege tamen.
- C 2. facie 2. linea 13. lege ministro.

ΕΡΙCTΕΤV S.

Εἰ ὀρθῶς τοῦτο γομποιεῖς τί φοβῆ τὰς ἐπιπλήξου
τας οὐκ ὀρθῶς.

Aristoteles libro primo de
Republica.

Ἄνθρωπος χωρισθὲν νόμῳ ἢ δικῆς χεῖρισθῆ
ἔσι πάντων ζώων.



SEQVITVR.

FIGVRATA

CONSTRUCTIO : PAUCIS ET SVCCINCTIS QVAESTI-

unculis & regulis, ad imitationem

Thomæ Linacri, in usum

secundæ classis ludi literarij

Martiniani Brunsvi-

gensis, conscripta

AB

Andrea Pouchenio Gardelebenſi
eius ludi Rectore.

*Constructio
figurata.*

ANNO.

M. D. LXII.

D

REVUE
LITTÉRAIRE

DE
L'ÉTRANGER
PAR
M. DE
L'ÉTRANGER
PAR
M. DE

Paris, chez
M. de

1804



OPTIMÆ

SPEI SUMMÆ VIRTU-
TIS PVERO CONRADO A SCHVVI-

chelde, cum nobilitate uetustateq; ges-

neris, tum maiorum imaginibus in

primis præstanti, discipulo suo,

Andreas Pouchenius,

S. D.



Um has de figurata
Syntaxi paginas ali-
quot ab hinc annis, ad
Linacri imitationem
& exemplum conscri-
bere cœpissim, Con-
rade charissime, nihil minus cogitavi,
quam fore aliquando tempus, quo pub-
lica uulgatione in lucem editæ in plu-
rium conspectum prodirent. Volui
enim soli classi secundæ in hac nostra
Schola ad ueram figuratæ constructio-
nis cognitionem, qualicuncq; methodo
uiam sternere & aditum aperire, quo
pcessu temporis aliquanto illi cognitur
& intellectu faciliora essent, quæ hac
D 2 ipsa

ipsa de re Linacrus memoriae prodidit.
Hoc unum si utcumque consecutus essem
hac & tenui & puerili indicatione, ni-
hil amplius aut fructus aut commodi
mihi pollicebar. Haud enim latebat,
quae huius nostrae explicationis esset
tenuitas, quaeque totius tractionis, cum
humilimae tum tenuissimae simplicitas,
ideoque semper censui non esse has no-
stras pagellas ferendae luci & superci-
lio multorum. Abunde igitur satisfac-
tum meae uoluntati & discipulorum uti-
litati confidebam, si qualequale sub-
sidium percipiendae Syntaxeos figura-
tae, nostrae secundae classis auditoribus,
his indicationibus afferretur. Haec
igitur causa nobis fuit cur has praepo-
riunculas, de dictationibus in ludo no-
stro literario plusculos iam annos, ex-
plicandas & praelegendas curauerim.
Nemo autem est, modo aliquantulum
solummodo uel tantuli temporis spa-
cio erudiendae puericiae prouinciam
administrauit, qui ignoret, quam utrisque
tam Praeceptoribus quam Discipulis
cum tedium tum molestum sit, hac
dictandi

dictandi & excipiendi dictata, difficili molestia semper occupari. Nec addo quanta ultra temporis hac re amittatur, dum quod una hora rectissime & plenissime tradi potest, hoc pacto pluribus fieri necesse sit. Hinc factum est ut collegarum & puerorum de ea re ad me perlatis querelis, ab ea sententia in qua antea semper eram & perstebam deductus sim, & credam minore temporis iactura & breuius & rectius de excusa pagina hæc cognosci posse. Cum itaq; non tantum debeant mihi curæ & sollicitudini esse discipulorum studia ut ne ea alicubi per me stent, sed simul intentum esse in omnem docendi & proficiendi opportunitatem me deceat, non debeo committere, ut studiorum puerilium ulla commoditas in me discipulis claudi uideatur. Ad duci igitur tandem me passus sum in publicationis faciendæ sententiam, licet alioqui ab ea re animo sim alienissimus. Tibi autem, mi Conrade, has de figuris Syntaxeos indicationes, inscriptas dedicare uolui potissimum,

D

3

quod

quod tu earum discendarum studio
hoc tempore sis inter cæteros deditus.
Addere etiam tibi calcar aliquod hac
nuncupatiuncula libuit, ut cum tibi
hæc præcepta præ cæteris a me dicen-
tur, connitaris & summa diligentia
studeas in ijs cognoscendis condiscipulis
multis parasangis præcurrere, quo
minutis hisce perceptis ad illustriores
literaturæ partes contendas. Et non
usque alienum a me esse iudico, ali-
quod mei studij & laboris, quem in te
docendo quotidie sumo, specimen
edere ad tuos parentes longe honestis-
simos & totam familiam uirtutibus
uere summis ornata, quibus tua stu-
dia maximæ sunt expectationi, quibus
sibi de te ea pollicentur, quæ nisi ab
optima indole expectari nec ab alio
præstari possunt, quam qui crebro ma-
iorum & generis sui dignitatem sibi in
animum reuocet, & huic non tantum
quocumque modo respondere, sed ei si-
mul decus aliquod egregium addere,
manibus pedibusque obnixè studeat.
Hanc igitur de te semel conceptam
expecta

expectationem ut gnauiter tuearis & præstes in hæc studia quæ non sine spe ingressus es in quibusque quotidie fideliter exerceris, sedulo tibi incumbendum censeas. Ac uere animum tibi inducas non posse maiori unquam ornameto tuum genus a te affici, quam si olim te uirum eruditum, & literis clarum habuerit. Id tanto studiosius præstare studebis, quanto plus honoris & gloriæ conciliant literæ summis fami-
Ihs Non enim tibi latet (ut hac Ciceroniana constructione utar) poetæ uersus.

Gratior est pulchro ueniens e corpore uirtus.

Non reddam autem iam hic causas ullas, quare hanc figuratæ constructionis rationem, traditam a Linacro amplectar præ ea, quæ uulgo in Scholis traditur, a qua in his nonnihil disceditur. Nam norunt omnes eruditi, imo uel mediocriter literis tincti, non uere sese habere quarundam figurarum Syntaxeos rationem, ita, ut a posterioribus & recentioribus Grammaticis, qui post doctos successerunt,

D

4

ut

ut Linacrus loquitur, præcipitur: ut manifesta uetustissimorum testimonia loquuntur, quæ hinc inde ex poëtarum commentarijs facile colligi possunt: ut interim nihil de Rhetoribus dicamus. Nihil igitur agunt, qui Linacro nunc Despauterij autoritatem obijciunt, nunc Erasmi, cum hic nihil unquam de Syntaxi figurata memoriæ prodiderit: ille uero non tanti sit faciendus, ut quæ more neotericorum Grammaticorum præcipit ueritatem rei, ex uetustissimorum Grammaticorum monumentis magno studio & commodo eruatam & repetitam, possint aut debeant conuellere. Hanc igitur disputationem hoc loco mihi sumere nolui, alio loco fortassis uerbosius ex composito tractandam. Tu igitur Conrade, (nam ad te redeo) cum sine hac cortice nare non dum possis, hanc scyrpeam ratem a me tibi indui oportere, optime tuis studijs cupiens, iudicauit, qua tantisper uteris, donec sine ea ausis, te mari committere, quod omnino breui futurum esse, bona me spes habet. Quod ut foeliciter

foeliciter cum tibi tum toti coetui Scho-
lastico, nostrae curae commisso, contin-
gat aeternum patrem Domini nostri
IHESV CHRISTI serijs & humis-
libus precibus oro, ut is suo numine
tam nostris praceptorum quam uestris
discentium conatibus clementer &
benigne aspiret, & studia nostra ad
nominis sui gloriam, Ecclesiae utilitatem
& publicam Reipub. & societatis hu-
manae salutem prouehat, Amen.


Brunsvigae ex *παιδευτηρίω* Mar-
tiniano, III. Idus Au-
gusti. Anno res-
dempti orbis,

M. D. LXII.



*Emm agnus Dei qui
tolles peccata mundi*

AD PVEROS SE
cundæ Classis.



Ostquam comperi, sua
auissimi Discipuli, nos
strum laborem, quem
aliquot abhinc paucis
mensibus iuandorum
studiorum uestrorum
gratia suscepi, in uera Figuratæ con
structionis ratione monstranda, uobis
& gratum & utilem esse, non debui
pro muneris mei ratione & erga uos
beneuolentia intermittere, ut in hac re
porro requireretis meam fidem exem
plaribus prioribus distractis. Proin
de ego pro eo ac Præceptorem æquum
est, dum uestra studia mihi & curæ &
delectationi sunt, eas licet paucas pa
ginas Typographo excudendas reddi
di. His igitur cognoscendis ita incū
beris, ut hactenus illas uobis pla
cere & iucundas esse osten
distis. Valete.

DE

DE FIGURATA CONSTRUCTIONE

one ex Linacro.

Quid est Figurata Constructio?

Figurata constructio est in qua aliquid uel deest,
uel redundat, uel suo loco abest, uel mutatum est.

Quot sunt igitur species Figuratae constructionis? Quatuor.

- I. Complectitur figuras quibus in oratione aliquid deest.
- II. Quibus aliquid redundat.
- III. Quibus aliquid suo loco abest.
- IIII. Quibus aliquid mutatum est.

DE PRIMA SPECIE.

Quot sunt Figuræ, primæ speciei quibus aliquid constructioni deficit? Duæ.

Eclipsis et
Aposiopesis.

DE ECLIPSI.

Quid est Eclipsis?

Est

Est dictionis ad legitimam constructionem ne-
cessariae in sensu defectus.

Quot sunt species Eclypseos?
Septem.

NOMINIS.

Cum nomen adiectivum uel substan-
tium in oratione desideratur.

Liuius. Signa Lanuij ad Iunonis fospite cruore
manuere.

Idem. Habitabat rex ad Iouis statoris. Deest tem-
plum, ædes, sacellum, domus uel simile.

Terent. Cur non recta introibas. Deest uia.

Cicero. In castra properabamus, quæ aberant bi-
dui. Deest iter.

Idem. De suburbana cura ut sciam. Deest prædio.

Idem. Demosthenes tribuit & primas & secundas
& tertias, actioni, Deest partes.

Virgil. Implentur ueteris Bacchi pinguisq; feri-
næ. Deest carnis.

Cic. Audiui quartanam à te discessisse. Deest febrim

Terent. Quid multis moror. Deest uerbis

PRONOMINIS.

Cum pronomen in oratione ad con-
structionem necessarium dissimulatur.

Arma

Virgilius. *Arma uirumq; cano.* Deest ego.
 Idem. *Inente uim uentis* Deest tu.
 Idem. *Paulo maiora canamus.* Deest nos.
 Idem. *Maturate fugam.* Deest uos.
 Ouidius. *Hanc tibi Priamides mitto Ledaæ sa-*
lutem. Deest ego.
 Virgilius. *A quo post Itali fluuium cognomine Ty-*
brim diximus. Deest nos.

Has locutiones posteriores passim suo more ætas ut Linacrus inquit, quæ post doctos successit. Euocationis uocauit.

Virgil. *Canto quæ solitus si quando armenta uoc-*
caret Amphion Dircaus. Deest ea.
 Idem. *Vrbs antiqua fuit Tyrij tenuere coloni.*
 Deest quam.

VERBI.

Cum uerbum Constructioni sub-
 tractum est, ut.

Virgil. *Sed uos qui tandem.* Deest estis.
 Rari quippe boni. Deest sunt. (diximus.
 Quint. *Ergo hæc hæctenus, redeo ad urbana.* Deest
 Cice. *Pylia & Attica salutem.* Deest dico uel nuncio.
 Virg. *Mene incepto desistere uictam?* deest oportet.
 Cicero. *Qui Græce nesciunt.* Deest loquor.
 Idem. *Discebant antiqui fidibus.* deest cano.
 Inde cogito in Thusculanum. Deest proficiscor.
 Idem. *M. Lepidus cras cogitat.* PAR=

4.

PARTICIPII.

Cum participium aliquod in oratione abest. ut.

Terent. Te impulsore quod fecisset adolescens,

Nam consequentiae constructio requirit participium.

Liuius. Sitne plebeius ferendo honori

Idem. Respublica est ferendae gratiae. Deest sufficiens, aut etiam adiectiuum nomen par idoneus.

5.

PRAEPOSITIONIS.

Cum ante accusatiuum uel ablatiuum nominis praepositio omissa est.

Virg. Pars Scythia & Cretae rapidum uenimus Oaxem

Cicero. Pridie calendas Iulij. Deest ante.

6.

ADVERBIORVM.

Cum certa quadam ratione aduerbia in constructione dissimulantur.

Liuius. Quadringentesimo anno quam Roma condita erat, pro postquam.

Cicero. Pridie quam has literas dedi consules conueni, pro antequam.

7.

CONIUNCTIONIS.

Cum



Cum coniunctio quædam constructi-
oni necessaria deficit, ut.

Terent. Dum ætas, metus, magister prohibebant.

Veni, uidi, uici.

Cicero. In eo uelim fidem meam liberis.

Plautus. Tu istos caue minutos Deos flocci feceris

Iuuen. Græculus esuriens in cœlum iusseris ibit.

Terent. Plus millies audiui, pro quam millics.

DE APOSIOPESI.

Quid est Aposiopesis?

Aposiopesis latinè reticentia, Est figura qua
aliquid in oratione reticetur, uel propter affectum
aliquem animi uel propter interpellationem & in-
teruentum alterius cuiusdam personæ, uel transitionis
gratia ad aliam rem, quæ magis urget.

Quot igitur modis committitur

Aposiopesis? Tribus.

- I. Vel propter affectum & conturbationem animi.
- II. Vel propter interuentum alterius cuiusdam per-
sonæ nos interpellantis.
- III. Vel propter transitionem ad alia quæ magis
urgent.

Exempla primi modi.

Quod

Cicero. Quod si ego rescissem id prius.
Quid agis omnium?

Terentius. Ego te furcifer si uiuo.

Cic. De nostrum .n. omnium: non audeo totū dicere.

Exempla secundi modi.

Teren. Ita res est hæc nunc quasi cum Clitipho.
Quas (malum) ambages mihi narrare cupit.
Demiphonem si domi est uisam, Ut quod Demipho.
Idem. Nos ad te ibamus Phormio.

Exempla tertij modi.

Quint. Cōmunis aut tametsi ignoscite mihi iudices.
Nec requieuit enim donec Calchante ministro.
Sed quid ego hæc autem?

Quid est discriminis inter Apo- siopesin & Eclipsin?

In Eclipsi facilius est defectus & omissæ dictionis
animaduersio.

In Apostrophi obscurior & difficilior.

DE SECUNDA SPECIE Figuratæ Constructionis.

Quæ est secunda species Figuratæ
Constructionis?

Quæ

Qua aliquid in constructione uel oratione re-
dundat, & uulgo Pleonasmus appellatur.

Quid est Pleonasmus?

Est dictionis ad legitimam constructionem non
necessaria, in sensu redundanti.

Quot sunt species Pleonasmus?

Septem.

Nominis. Pronominis. Verbi. Participij.
Coniunctionis. Aduerbij & Praepositionis.

DE PLEONASMO NOMINIS.

Ablatiui ore, auribus, oculis saepe apud
autores abundant non tamen sine ele-
gantia & uehementia orationis, ut.

Terent. Sic ore locuta est.

Virgil. His oculis uidi.

Auribus nostris audiuius.

Genitiui, loci, gentium, terrarum,
in constructione cum aduerbijs loci &
temporis. ut.

Terent. Tu interea loci collocupletasti te.

Idem Quoquo hinc ablata est gentium.

Plaut. Vbinam est is homo gentium.

Cic. Nunc uero quid agimus ubi terrarum sumus?

Idem. Neq; adest istic neq; ubi terrarum sit, scio.

B

Nomen

Nomen Homo iunctum cum Nemo.

Terent. Ego hominem callidiores uidi neminem.

Idem Quis me sequitur? Nemo homo est.

**PLEONASMV S ADIECTI
ctiuorum Nominum.**

**Adiectiua nunc uniuersalia, nunc
particularia, ut.**

Ter. Quod plerique omnes faciunt adolescentuli.

Idem. Comperiebam nihil quidquam ad Pamphilum attingere.

Cicero. Omnes quicumque Romae ludos faciunt.

Nemo quisquam ad te uenit.

Paruus minutus iuncta diminutiuis, ut.

Cicero. Minutorum opusculorum fabricator.

Idem Accipies igitur hoc paruum opusculum.

**PLEONASMV S PRO
NOMINVM.**

**Pronomen Interrogatiuum, in sen-
tentiaram initijs absolutæ sine uerbo
positum redundat, ut**

Terent. Quo? Senem quem expectatis uestrum.

Cic. Quid? Orationis quot sunt partes.

**II. Pronomen Ipse cum additur pro
nominibus cum met compositis.**

Nisi

Liuius. Nisi inter semetipsos seditionibus seuiant.
Cicero Nisi nosmetipsos amabimus ualde.

PLEONASMVS PRAEPO- sitionum.

Cum Latini praepositionem geminant
altera superflua est. ut.

Terent. Adeone ad eum?

Sal. in animos eorum inuaserat

Cic. Qui in fortunas huius inuaserat.

Terent. Accedo ad pedissequas.

{ Redundat
ad & in
} posterius

II. Cum nominibus urbium praepo-
sitiones iunctae leguntur abundant, ut.

Cicero. Eo die Verres ad Messanam uenit.

Salust. Brutus ab Roma aberat.

Cicero. Ab Epheso in Syriam nauibus profectus est.

PLEONASMVS CON- iunctionum.

I. Cum copulatiuae geminantur,
redundat altera. ut.

Virgil. Multa quoque & bello passus.

Idem Omnia Mercurio similis uocemque coloremque.

Grammatici alias uocant πολυσύνδετορ.

II. Coniunctio VT quoties iungit-
tur cum ne abundat. ut.

Et

2

Ut ne

Terent. *Vt ne impune nos illuserit.*
Idem *Obsecro ut ne ducas.*
Idem *Vt ne uiderem effugi huc foras.*

III. Num, nam, dum, abundant in
Coniunctionibus etiamnum, numnam
& ehodum & adesdum similibus.

Terent. *Numnam perijimus?*
Idem *Ehodum ad me.*
Idem *Sofia adesdum.*

Omissimus Pleonasmos Verborum,
Participiorum & Aduerbiorum, quod
puerilem captum uidentur excedere &c.

DE TERTIA SPETIE FI gurarum constructionis.

Quæ est tertia Speties figuratæ
constructionis?

Quæ complectitur eas figuras quibus aliquid
suo loco abest.

Quomodo appellantur hæ figuræ?
Figuræ à communi.

Quare?

Quia in ijs aliquid uno loco positum pluribus
clausulis seu locis est communiter addendum in qua-
rum singulis non collocatur.

Quot

Quot sunt figuræ huius ordinis
tertij? Tres,

Zeugma, Syllepsis Prolepsis.

DE ZEUGMATE.

Quid est Zeugma?

Est figura constructionis qua dictio aliqua ad-
ditur pluribus clausulis similibus quarum singulis si-
ne mutatione conuenit, ut.

Terent. Obsequium amicos ueritas odium parit.

Ouid. Nauita de uentis, de tauris narrat arator,

Enumerat miles uulnera, pastor oues.

Quid uocas clausulam?

Imperfectum aliquod constructionis membrum.

Obsequium amicos. Nauita de uentis &c.

Quæ clausulæ sunt similes?

Quæ conueniunt in communibus quibusdam
accidentibus constructionis.

Quot sunt communia accidentia
constructionis? Sex.

Numerus, Genus, Casus, Tempus, Persona & Modus.

Quotuplex est Zeugma?

πρόzeugμα Cum dictio communis ponitur in pri-
ma clausula, ut.

Ouid. Enumerat miles uulnera, pastor oues.

Cicero. Vicit pudorem libido, timorem audacia,

rationem amentia.

E 3

Me=

Μεσοζευγμα Cum dictio communis clausularum
ponitur in clausulis medijs, ut. (Turni

Vir. Protinus Antæum atq; Lycam prima agmina
Persequitur fortemq; Numam fuluumq; Camertem.
Idem iura magistratus legunt sanctumq; senatus.

ὑποζευγμα Cum communis dictio clausularum
in postrema clausula ponitur.

Ouid. Rusticus agricolam miles fera bella gerentē.
Rectorem dubie nauita puppis amat.

Exempla Zeugmatis.

Vir. Aut Ararim Parthus bibet aut Germania Ti-
Terent. Ex me natus non est sed ex fratre. (grim.
Cicero Gratulari magis uirtuti debeo quam con-
solari dolorem tuum.

Oui. Cur nemo est Hecalen, nemo est qui ceperit Irum
Nempe quod alter imops, altera pauper erat.

Li. Omne Hernicū nomen dīs militaris ætas excitur.
Terent. Nec honestum nec utile ipsi uirgini est.

Idem. Non tu hoc argentum perdis sed uitam tuam.
Virg. Nihil illos Herculis arma.

Nil ualide iuuere manus.

Liuius Q. Plennius Romano Amilcar Punico
præsidio præerat.

SECUNDA FIGVRA a Comuni.

DE SYLLEPSI.

Quid

Quid est Syllepsis?

Est figura constructionis, qua dictio quæpiam additur pluribus clausulis dissimilibus, quæ singulis accommodari nequit nisi mutetur, ut,

Virg. Hic illius arma.

Hic currus fuit.

Virg. Caper tibi saluus & hœdi.

Liuius. Delectus & iustitiam indictum.

Quid differunt Syllepsis & Zeugma?

I. Zeugma constat clausulis similibus.

Syllepsis uero dissimilibus.

II. In Zeugmate potest communis dictio clausularum singulis accommodari sine mutatione.

In Syllepsi non potest.

Quotuplex est Syllepsis? Triplex.

Syllepsis { Per accidentia constructionis.
In una clausula.
Per partes orationis.

Verum hæc postrema species iuniorum captum superare nonnihil uidetur, idcirco ea omiſſa de prioribus duabus solummodo agemus.

DE SYLLEPSI PER ACCIDENTIA CONSTRUCTIONIS.

Quid est Syllepsis per accidentia constructionis?

E

4

Cuma

Cum dictio illa quæ pluribus clausulis iungitur
mutanda est in aliqua accidente constructionis, ut
pote Genere, Numero, Casu, Persona, Tempore &
Modo.

Quot sunt species Syllepseos per acci-
dentia constructionis? Duæ.

I. Aut per commune singulare. ut.
Quamuis ille niger quamuis tu candidus esses.

II. Aut per commune plurale. ut.
Semper honos nomenq; tuum laudesq; manebunt.

Cur sic distinguuntur?

Quia in Syllepsi per commune singulare, conuenit
commune cum uiciniorè dictione.

In Syllepsi uero per commune plurale, conuenit
commune cum uoce digniore, quæ sæpe est loco &
situ remotior.

Quæ sunt digniora?

Masculina sunt digniora fœmininis, fœminina neu-
tris, Prima persona præstat secundæ, secunda tertie
pluralis numerus singulari.

**DE SYLLEPSI PER COM-
MUNE SINGULARE.**

Quot modis fit Syllepsis sub com-
muni singulari? Tribus.

Genere, Numero, & Persona.

Quid

Quid est Syllepsis generum sub communi singulari ?

Est cum diuersorum generum substantiuis singula-
ribus additur adiectiuum aliquod singulare uiciniore
in genere conueniens, ut.

Terent. Tempus locus constitutus est.

Idem. Utinam hic surdus aut hæc muta facta sit.

Virg. Nec deus hunc mensa dea nec dignata cubili est.

Terent. Ego hominem commodiorem tempus ad-
uentum non uidi.

Liuius. Delectus & iusticiam iudicium.

Quid est Syllepsis numerorum sub communi singulari.

Est cum diuersorum numerorum clausulis uer-
bum uel adiectiuum singulare additur uiciniore in
numero respondens.

Virgil. Socijs & rege recepto.

Idem. Caper tibi saluus & hædi.

Idem. Hic illius arma hic currus fuit.

Liuius. Amilcar dux Pœnus cecidit, & tres im-
peratores nobiles Gallorum.

Idem. Equitem angustiae locorumq; speritas impediit.

Quid est syllepsis personarum sub communi singulari ?

E

¶

Cum

Cum diversis personis singularibus commune singulare additur uiciniore in persona consentiens, ut.

Terent. Ibi ego te & tu me feres.

Idem. Natura tu illi pater es, consilijs ego.

Idem. Egone Bacchatus sum in te, an tu in me?

Vir: Quamuis ille niger quis tu candidus esses.

Ter. Hera in crimen ueniet, ego uero in magnū malū.

DE SYLLEPSI PER ACCIDENTIA CONSTRUCTIONIS sub communi plurali.

Quot modis fit Syllepsis sub communi plurali? Sex.

Per Genera, Numeros, Personas, Casus, Tempora, & Modos.

Vnde discernuntur hæ species?

Ex uoce communi, si enim mutanda in genere est, fit Syllepsis generum, si numero numerorum &c.

Nam quod constructionis accidens in explendis clausulis mutatur, inde Syllepsis nomen sortitur.

SYLLEPSIS GENERVM.

Quid est Syllepsis generum sub communi plurali?

Est

Est cum diuersorum generum nominibus adiectiuum
plurale additur digniori in genere respondens. ut.
Liuius Gallus & Galla, Græcus & Græca sub
terram uiui demissi sunt.

Oui. Mulciberis capti Marsq; Venusq; dolis.
Ter. Quã pridem pater mihi ac mater mortui essent.
Siccine me atq; illã opera tua miseros sollicitarier?
Domus, uxor, liberi, inuenti inuito patre.

SYLLEPSIS NUMERORVM.

Quid est syllepsis numerorum sub
communi plurali?

Est cum diuersorum numerorum nominibus uer-
bum uel adiectiuum plurale iungitur, ut digniori in
numero respondeat, ut. (nebunt.

Virg. Semper honos nomenq; tuum laudesq; ma-
Liuius Vna & uiginti legionibus eo anno defen-
sum est Imperium Romanum.

Virgil. Sunt nobis mitia pome.

Castaneæ molles & pressi copia lactis.

Quibus non lex non mos non lingua communis alie
uestis alia arma alij ritus alia sacra alij prope dij
essent.

Iusti. Cæsa sunt peditum unum & sexaginta millia.

SYLLEPSIS PERSONARVM.

Quid

Quid est syllepsis personarum sub communi plurali?

Est cum diuersarum personarum clausulis uer-
bum plurale iungitur digniori in persona respon-
dens. ut.

Virgil. spolia ampla refertis.

Tuq; puerq; tuus.

Teren. Neq; ego neq; tu fecimus.

Cicero. Si tu & Tullia lux nostra ualetis, ego
& suauissimus Cicero ualemus.

Horatius. Si modo ego & tu.

Scimus inurbanum lepido seponere dicto.

Hæ tres species sub communi.

Plurali proferuntur quæ reliquæ sunt modo,
sub communi singulari modo plurali fiunt. Igitur
nunc Syllepsibus singularibus nunc pluralibus assi-
gnari exempla facile possunt.

SYLLEPSIS CASVVM.

Quid est Syllepsis casuum?

Est cum in constructione relatiuorum relatiuum casu
dissidet à uoce quam ex præcedentibus repetit. ut

Vir. Est mihi disparibus septem compacta cicutis.

Fistula Dametas dono mihi quam dedit olim.

Idem Arma uirumq; cano Troie qui primus ab oris
italiam uenit.

Si

*Teren. Si obiurges illum qui uitæ auxilium tulit
Quid facies illi qui dederit damnum aut malum.
Quid. Unus erat toto naturæ uultus in orbe.
Quem dixere chaos.*

SYLLEPSIS TEMPORUM.

Quid est Syllepsis temporum?

Est cum dictio pluribus clausulis dissimilibus adiuncta mutanda est tempore propter aduerbia diuersorum temporum clausulis addita. ut.

Teren. Vah quanto nunc formosior uideris mihi quam dudum. Non enim repetitur presens uideris sed imperfectum uidebaris.

Longe purior iam est doctrina Euangelij quam olim. Heri fuit aer serenior quam hodie.

Eruditio in maiore precio fuit patrum memoria quam nunc.

SYLLEPSIS MODORUM.

Quid est Syllepsis modorum?

Cum uerbum clausulis dissimilibus iunctum in a ccommodatione mutandum est modo.

Horatius Est bonus ut melior uir.

Non alius quisquam.

TUM

Terent. Tum polis ego essem qui assimulabar.

Non repetitur essem, sed esse infinitiuis.

Idem. Alium esse censes nunc me q̄ olim cum dabam.

Neq; tu faceres neq; ego te permittere.

Sedulo studes & hortor ne desistas.

DE SYLLEPSI IN una Clausula.

Quid est syllepsis in una Clausula?

*Est cum dictiones due dissimiles iunguntur ita
ut constructio non ad uocem alterius, sed ad rem
significatam referenda sit: quam uulgo ætas Gram=
maticorum, quæ post doctos successit Synthesin &
nouo & alieno prorsus nomine, quasi aliud agens
appellauit. Cum quæuis constructio sit σύνθεσις &
compositio licet figurati, & à recta ratione Gram=
matices nihil alienum habeat.*

Quot sunt igitur species Syllepsos in una clausula? Tres.

Per genera.

Per numeros.

Per genera & numeros simul.

SYL

SYLLEPSIS IN VNA

CLAUSULA PER GE-

nera.

Quando fit per genera ?

Cum substantiuo qualicumq; adiectiuum diuer-
si generis additur non uocem sed significationem sui
substantiui respiciens.

Quot modis fit per genera ?

Aliquam multis : nos primis harum rerum Ty-
ronibus præcipuos ostendemus.

I. Cum substantiuo masculino iungit-
ur adiectiuum foeminiu respiciens nõ
uocem, sed significationem substantiui.

Ter. Eas personas fatetur transtulisse in Eunuchum
Virgil. Centauro inuchitur magno. (suam

II. Cum substantiuo neutro iungit-
ur, relatiuum uel masculinum adiec-
tiuum relata constructione ad rem
significatam.

Terent. Vt illum dij deaq; omnes senium perdan
qui me hodie remoratus est. Vni neutro senium iun-
guntur tria masculina, illum, qui, remoratus.

Liui. ij. ab V. C. Seruitia regum superborum li-
bertatis suæ immemores alienam oppugnatum uenire.

Terent. Scelus postquam ludificatus est uirginem.

S X L

SYLLEPSIS IN VNA
clausula per numeros.

Quomodo fit per numeros?

Cum nomini collectiuo singulari additur uerbum
uel etiam adiectiuum plurale, uerum eiusdem gene-
ris, ut.

Liui. Hoc tibi iuuentus Romana indicimus bellum.

Vir. Pars uolucres factæ.

Liui. Populum iureiurando adegit neminem.

Romæ passuros regnare.

Vir. Pars in frustra secant ueribusq; trementia figūt.

Ouid. Desinite ad Cytharas turba uenire meas.

SYLLEPSIS VNA IN
clausula per genera & nume-
ros simul.

**Quomodo fit per genera & nu-
meros simul?**

Cum nomini collectiuo singulari qualicunq; ad-
iectiuum plurale diuersi generis additur, ut.

Vir. Hic manus ob patriam pugnando uulnera passi.

Idem Pars mersi tenuere ratem.

Liuius Pars in fugam effusi, pars in medio cæsi.

In Syntaxi hæc plenius tractantur, ideoq; hic bre-
uiores sumus.

DE

DE PROLEPSI TERTIA

Figura a communi.

Quid est Prolepsis?

Partitio seu distributio quedam est cum generi
seu toti alicui partes subiiciuntur diuersis numeris,
aut personis uerbo non repetito. ut

Milites redeunt hic ex Hispanijs, ille ex Gallijs.

Vir. Cōpulerantq; greges Corydom & Tyrsis in unie
Tyrsis oues, Corydom distentas lacte capellas.

Huc accommodentur, quæ in Gram
maticis libellis, qui uulgo manibus teruntur, de
prolepsi traduntur. Nihil enim hic est uariationis.

DE QVARTA SPECIE

FIGVRATÆ CONSTRV

ctionis?

Quid est Quarta & postrema species
figuratæ constructionis?

Est quæ continet eas figuras quibus aliquid in
oratione mutatum est.

Quotuplex est ea mutatio? Triplex

1 Aut enim mutatur accidens constructionis &
est ἐλέγως.

2 Aut mutatur pars orationis, & est ἀντιμεθετα.

3 Aut mutatur legitimus ordo dictionum, aut
clausularum in sermone, & est ὑπερβατον.

F

Quot

Quot sunt igitur huius ordinis
Figurae? Tres.

Ἐλέγους, ἀντιμετά & ὑπερβατον.

DE HETEROISI.

Quid est Heterosis?

Est mutatio qualitatis, seu accidentium in di-
ctionibus, seu partibus orationis.

Quot sunt eius species?

Varia nos tantum explicabimus ἐπερώσεις no-
minum & uerborum. Cetera quae subtilioris consi-
derationis sunt, ex secundo & sexto libris Limacri
petenda sunt.

HETEROISIS ACCIDEN- tium quorundam in nominibus.

In quot accidentibus nominum sit
praecipue Heterosis? Tribus.

Genere Numero & Casu.

HETEROISIS GENERVM.

Quid est Heterosis Generum?

Cum dictio quæpiam generis discrepat ab ea
uoce cui iungitur, uel quam respicit. ut.

Continuo hæc adornant ut lauet, hæc pro hæ scilicet
ancille.

MMas

Mindas quidem decem habet à me filia, quas nunc pro
alimentis duco datas.

Porro hæc talenta dotis apposcent duo.

Hæc pro hæ scilicet decem minæ. In his neutrum
pro fœminino posuit.

HETEROSIS NUMERORVM.

I. Singularis quandoq; pro plurali
ponitur. ut

Ter. Adeone homines immutarier ex amore ut non
cognoscas eundem esse? Pro ut non agnoscas eosdem
esse, præcessit enim plurale homines immutarier:

Idem. Si quisquam est qui placere se studeat bonis
quamplurimis, & minime multos ledere in his Po-
ëta hic nomen profitetur suum, pro si qui sunt qui
placere se studeant, sequitur enim plurale in his.

II. Rursus pluralis p singulari, ut.

Virg. Pars epulis onerant mensas, pro onerat.

Idem Hic manus ob patriam pugnando uulnera
passi, pro manus passa.

HETEROSIS CASVVM.

Est cum casus pro casu ponitur, alias Antiptosis.

I. Nominatiu9 nonnunq; uocatiui lo-
co uerbis secundæ personæ præponit, ut

Virg. Projice tela manu sanguis meus, pro mi-

F 2

Vos

Persi. Vos o patricius sanguis quos uiuere fas est.
Occipiti cæro posticæ occurrite famæ, pro o san-
guis patricie.

II. Nominatiuus p accusatiuo ponitur
Lucan. Tutumq; putauit, iam bonus esse socer, pro
bonum socerum. (illapsum.

Virg. Sensit medios illapsus in hostes, pro sensit se

Ouid. Quia rettulit Ajax.

Esse iouis pronepos, pro nepotem.

Oui. Acceptū refero uersib. esse nocens, pro nocentē.

III. Gtūs pro accusatiuo uel abltō, ut
Liuius ab C. C. Consul castra ad lacum Ti-
maui posuit, pro ad lacum Timauum.

Virgilius. Et Celsam Butroti ascendimus urbem
pro urbem Butrotum.

Idem Fontem superare Timai, pro Timauum.

Cicero. In oppido Antiochæ, pro Antiocha.

III. Datiuus pro ablatiui cum præ-
positione post uerba passiuia. ut

Vir. Nec cernitur ulli, pro ab ullo. (pro a nullo.

Idem. Nulli exaudita Deorum uota precesq; meæ,

V. Datiuus quandoq; usurpatur pro
accusatiuo solo quandoq; pro accusati-
uo cum præpositione. ut

Horat. Mediocribus esse pœtis. Non dij, non ho-
mines non concessere columnæ, pro mediocres esse.

Nobis

Martial. Nobis non licet esse tam disertis, pro
tam disertos.

Liuius. Illis timidis & ignavis esse licet, qui
receptum habent nobis necesse est uiris fortibus esse,
pro timidos & ignauos & uiros fortes.

Vir. Belloq; animos accendit agrestes, pro in bellum.

Idem. Hædorumq; gregem uiridi compellere hy-
bisco, pro in uiridem hybiscum.

DE SECUNDA SPECIE FIGURATAE CONSTRUCTIONIS ex immutatione.

Quæ est secunda mutatio dictionum
in figurata constructione?

Est quæ partes orationis inter se commu-
tantur & generali nomine à Grammaticis ἀντιμε-
γία appellatur.

Quot modis mutantur partes
orationis inter se? Quatuor.

- I. Cum pars quæpiam declinabilis pro indecli-
nabili ponitur.
- II. Cum indeclinabilis pro declinabili.
- III. Cum declinabilis pro declinabili.
- IIII. Cū indeclinabilis pro indeclinabili usurpatur.

PRIMUM GENVS Antimeriæ.
Nomen adiectiuum loco præpositionis
ut

Quint. Secundum consuetudinem pro iuxta.

II. Cum adiectiua neutra singulari
uel plurali numero pro aduerbijs suis
usurpantur, ut.

Virg. Sed sublime uolans nubi se immiscuit alta.

Ouid. Riuo lene sonantis aquae pro leniter.

Virg. Sole recens orto, pro recenter.

Idem. Inclusumq; cauo saxo atq; insueta rudentem

III. Cum nomen pro interiectione
ne usurpatur. ut.

Plinius Qua (malum) ista dementia est iterari
uitam morte.

IIII. Pronomen pro aduerbio, ut.

Ouid. Quid facis Oenone? quid mandas semina
arenæ? pro cur mandas.

Ter. Miror quid ex Pireis abierit, pro cur abierit.

Idem. Quid es tristis? quidue es alacris?

V. Pronomen Idem pro coniunctio-
ne copulatiua etiam. ut

Cicero. Nemo potest qui non idem prudens sit,
iustus esse, pro qui non etiam.

Idem. Libera quam eandem Proserpinam uocant,
pro quam etiam.

VI. Verbum uel tota constructio
pro aduerbio hortandi, ut.

Cicero. Sed amabo te nihil incommodo ualetudi-
nis tuae feceris.

Ver-

VII. Verbum pro Coniunctione
aduersatiua quanquam uel quamuis, ut.
Virgil. Dicam licet arma mihi mortemq; minen-
tur, pro quamuis.

Cic. Licet omnes in me errores impendeant subibo.

Mar. Tu Caesar uel nocte ueni sint astra licebit.

Non deerit populo te uentente dies.

VIII. Participium pro aduerbio, ut.
Plaut. Duorum hominum labori parsifsem libens
pro libenter.

Cicero Cum totius Italiae concursus facti illius
gloriam libens agnouisset.

IX. Participium uel Participiale
nomen pro Interiectione.

Virgil. Nauibus (in fandum) amissis.

SECUNDVM GENVS Antimeria.

Est cum pars indeclinabilis uice declinabilis
usurpatur.

I. Cum Praepositio loco uerbi sui com-
positi usurpatur, more Graecorum.

Vir. Nec fuga iam super ulla pericli, pro superest.

Sil. Saucius haud illi comitū super unus, pro superē.

II. Aduerbiū pro adiectiuo nomine, ut.

Terentius Sic uita erat, pro talis.

Idē. Et heri semper lenitas uerebar quorsū euaderet,

pro

pro assidua.

Virg. Neq; enim ignari sumus ante malorum,
pro priorum malorum.

Idem. Dic quib. in terris, & eris mihi magnus Apollo

Treis pateat coeli spaciū non amplius ulnas.

Amplius pro ita, ut sit non plures ulnas quam tres.

Liuius. Ut ex duo deuginti milibus hominum
duo millia haud amplius euaserint, pro haud plures.

Idem. Vbi plus quinquaginta millia hominum
cecidērunt, plus pro plures quam quinquaginta.

Idem. Plus octo millia hominum caesa, haud
multo minus q̄ mille capta, pro plures quam octo
millia, & pauciores quam mille capta. In quibus si-
mul est generis heterosis caesa et capta pro caesi capti

Idem. Erant autem hi numero haud plus quam
quinq; & triginta, pro haud plures.

III. Aduerbiū temporis aut loci pro relatiuo pronomine. ut.

Cicero Fuit quoddam tempus cum in agris pas-
sim homines bestiarum more uagabantur, cum pro
quo scilicet tempore.

Idem Hem mea lux, unde omnes opem petere so-
lent, Vnde oro a qua.

Idem. Utinam illum diem uideam, cum tibi gra-
tias agam, cum pro quo die.

Coniunctio loco nominis substantiui.

Cicero

Cicero. Si quid contra alias leges eius legis ergo factum sit, Ergo pro causa uel gratia.
Idem. Atq; ita praedicaretur eū donari uirtutis ergo.

TERTIVM GENVS AN TIMERIAE.

*Est cum pars declinabilis pro alia parte quam
pam declinabili usurpatur.*

I. Nomen pro participio, ut.

Virg. Sibila lambebant linguis uibrantibus ora.
Sibila pro sibilantia.

*Idem. Corusca fulmina molitur dextra. Corusca
pro coruscantia.*

II. Pronomina loco nominum, ut.

Virg. Nom ea uis animo, pro talis uel tanta uis.
*Cicero. Itaq; ego is in illum sum quem tu me
esse uis, is pro talis, quem pro talem.*

**III. Verbum infinitiuum uel tota
oratio loco nominis. ut**

Persius. Scire tuum nihil est, pro scientia tua.

Oui. Non minor est uirtus q̄ quaerere parta tueri.

Idem. Ingenuas didicisse fideliter artes.

Emollit mores nec finit esse feros.

IIII. Participia loco nominum, ut.

Salustius Alieni appetens.

Terens Herus meus liberalis est & fugitans litium.

F

S

Hic

Hic repetatur doctrina quot modis participia in nomina migrent.

V. Participia präterita passiua loco uerborum passiuorū infinitiui modi, ut *Liuius*. Cum singulis amicis fidelibus uentant ita facto matureq; opus esse: facto pro fieri.

Sal. Priusquam incipias consulto & ubi consulueris mature opus est facto, pro consuli & mature fieri.

QVARTVM GENVS Antimeriæ.

Est cum pars indeclinabilis alterius cuiusdam indeclinabilis uicem tenet.

I. Præpositiones amissis suis casibus fiunt aduerbia, ut.

Virgil. Ante leues ergo pascentur in æthere cœrui
Ante pro prius.

Idem. At ueneris contra sic filius orsus, pro inuicem.

II. Aduerbium pro præpositione, sed rarius.

Virg. Tali intus templo Diuūm patriaq; Latinus,
Sede sedens, intus pro in.

Plaut. Abi intro ad uos domum continuo uide sit
ne hæc ista domum uestram, intus pro in domo uestra.

III. Aduerbia pro coniunctionibus, ut
Quintilian. Simul ut pleniori obsequio demerer

aman

amantissimos mei simul ne uulgarem uiam ingressus
alienis demum uestigijs insisterem.

Utrobique simul pro & ponitur. (chillis.

Vir. Vna ingens Periphææ & equorum agitator A=
Armiger Automedon : una omnis Scyria pubes.

Succedunt tecto utrobique una pro &.

Ouid. Nam simul aspexit dicta acceptaque salute,
pro postquam.

DE TERTIA SPECIE Figurate constructionis ex immutatione.

Ea est cum legitimus ordo dictionum uel clau-
sularum in oratione mutatur & generali nomine ap-
pellatur Hyperbaton.

Quot sunt Hyperbati species ?

Quinq;

Anastrophe

Histerologia

Tmesis

Synchysis &

Parenthesis.

DE ANASTROPHE.

I. Cum præpositio suum casum con-
sequitur, ut.

Hor. Quem penes arbitrium est, pro penes quem.

II. Cum aduerbia & Coniunctiones alieno loco ponuntur. ut

Cesar. Diutius cum nostrorum impetum ferre non possent, pro cum diutius.

Terent. Nec te quiuit hodie cogere illam ut duceres, pro ut illam.

III. Cum relatiua alieno loco ponuntur.

Cicero. In medio relictum quod erat, populo Romano adiudicauit, pro Quod in medio.

Terent. Mater quod suavit sua adolescens mulier fecit, pro quod mater sua suavit.

III. Cum Atticis constructionibus aliquid interponitur. ut

Terent. Paululum da mihi operæ, pro paululum operæ da mihi.

Idem. Neq; repeto pro illa quicquam abs te precij, pro quicquam precij.

DE HISTEROLOGIA.

Est figura constructionis, qua uerbum uel accusatiuum, uel ablatiuum adsciscit ui prepositionis cum qua componitur. ut

Virg. Tyriam qui adueneris urbem.

Atq; rotis summas leuibus perlatitur undas.

Et Detendant naues scopulo.

Domo

Cicero Domo eius migrat.
DE TMESI.

Est figura qua composita uoce diuisa dictio
quæpiam eius partibus interponitur.

Terent. Opperiar ut sciam nunquid, nam hæc
turba tristitiæ adferat, pro numnam.

Liuius. Senatus inde consul tum factum est, ut so-
cijs gratiæ agerentur, pro senatus consultum.

Huc pertinent aduerbia negatæ
solitudinis seu exclusionis quoq; ut sunt, non solum,
non modo, non tantum cum uoce aliqua interposita
dirimuntur.

Quint. Sententijs quidem poetarum i non orationes
modo sunt refertæ, sed libri etiam philosophorum.

Cicero. Est enim munus eius non ingenij solum,
sed laterum etiam & uirium.

Idem Qui me non accipere tantum à maioribus
uoluerunt, sed etiam posteris prodesse.

DE PARENTHESI.

Est sensus quispiam sermoni nondum absoluto
interiectus quo sublato nihilominus oratio perfecta
manet. ut Virgilius.

Iupiter hospitibus (nam te dare iura loquuntur).

Hunc letum Tyrijsq; diem Troiaq; profectis.

Esse uelis.

Cætera

Hor. Cetera de genere hoc (adeo sunt multa) loqua=
Delassare ualent Fabium. (ccm)

DE SYNCHYSI.

Est confusior dictionum ordo uitanda incontinua=
tatis gratia susceptus.

I. Nonnunquam confusione cons=
structionis relatiuorum fit. ut

Vir. Tres notus abreptas in saxa latentia torquet
Saxa uocant Itali medijs quae in fluctibus aras.

Ordo constructionis est. Notus torquet tres ab=
reptas naues in saxa, quae saxa latentia in medijs flu=
ctibus, Itali uocant aras.

II. Nonnunquam Synchysi clausula=
rum dictiones miscentur, ut

Hor. Namq; pila lippis inimicum & ludere crudis.

Ordo est. Namq; ludere pila inimicū est lippis crudis.

Teren. Qui bene uertendo & eas describendo male.

Ex Graecis bonis latinas fecit non bonas:

III. Et cum relatiuum non uicinius
substantiuum ex praecedentibus repe=
rit sed remotius.

Vir. Me puer Ascanius capitisq; iniuria chari
Quem regno Hesperiae seruo & fatalibus aruis,

Relatiuum non repetit quidquam ex proxima
clausu=

clausula, capitisq; iniuria chari, sed ex prima
clausula, me puer Ascanius.

Hic receptui canemus, & figuratae constructio-
nis formulas finiemus. Satis enim est initio vulga-
tiores & crebriores modos rudioribus common-
strasse, quibus cognitis sine negotio ea
que sunt reconditiora & abstrusiora
etate & iudicio confirmati-
ore percipere po-
ssunt.



FINIS.

VVOLFFERBYTI.

Per Conradum Corneum.

A N N O.

M. D. LXII.

Handwritten text at the top of the page, likely bleed-through from the reverse side.

Second block of handwritten text, also appearing to be bleed-through.

FINIS

AVOLFERRBYT:

Per Conradum Conradum

A N N O

M D L XII



Cura in rebus leuibus
reſu ſolet eſſe
nonary.


Cura in rebus grauib.
reſu ſolet eſſe
ſuam.

153543

X 2203772


55.

~~377~~ in rebus grauib.
reſu ſolet eſſe ſuam.



74





SCHOLÆ

BRUNSVIGENSIS AD
DIVVM MARTINVM ADMINI-

stratio Rectore Andrea Pouchenio Gardelebenſi.

ET

CONSTRUCTIO FIGV-

rata, ad imitationem Thomæ Lina-
cri, compendio comprehenſa,
ad uſum Secundæ claſſis in
ludo Martiniano.



φιλήμων.

ἴδιον οὐδέν, οὐδὲ μοτισικώτερον
Εἰς δύνασθαι λοιδορούμενον φέρει
ὁ λοιδορῶν γὰρ, ἄν ὁ λοιδορούμενος
μὴ προσποιῆται, λοιδορεῖται ὁ λοιδορῶμενος

ANNO.

M. D. LXXII.

*Joan: Dussel
suo Samioy
Stett*

*Joan: Dussel doctore annico
suo p. et h. doct. ad contrada
Stettinensis Gymnasii*